

## 71.

1470. szept. 10. Torda.

*Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajda és székely ispán Sepsi széknek egy házasságtörő leány ügyében, tizenhét köpeczi székely vallomása alapján mondott ítéletét megerősíti és az ezen ügyben később megesküdött huszonnégy székelyt hitszegőnek nyilvánítja.*

*Eredetije papíron, alján viaszpecsét nyomaival az Erd. Múzeum lt., Báró Kemény lt. lajstromozatlan.*

Nos Johannes Pongracz de Dengeleg waywoda Transsilvanus siculorumque et Themesiensis comes. Memorie commendamus, quod agilis Valentinus de Hydweg in personis agilium virorum Johannis, Thome, Georgii Buch dictorum, Mathei, Valentini, Anthonii, Clementis filii Stephani Magni, Petri Galler, Francisci Galler, Budut(!)<sup>1)</sup> similiter Galler in Kepez commorantium, aliorumque sociorum ipsorum nostram veniens in presentiam detulit coram nobis quandam causam ratione cuiusdam puelle adultere, per iuratos seniores sedis Scepsy decisam, et ad nos appellatam, quam prius ipsi iurati seniores per iuramentum dictorum siculorum de Kepez terminassent, tandem vero iterum ad iuramentum vigintiquatuor siculorum finire voluissent, ad nos detulerat, petebatque nos, ut huiusmodi causam fine debito decidere dignaremur. Unde nos una cum nostris coassessoribus iudicantes decrevimus eo modo, ut causa prius per iuratos seniores decisa per iuramentum scilicet duodecim siculorum facta iuste iudicata fuisset, eosdemque vigintiquatuor siculos fidefragos committendum, ac dampna vigintiquinque florenorum auri ratione pecunie per eundem Valentinum de Hydweg, [nec non]<sup>2)</sup> Urbanum filium Valentini ac Johannem Bws prolate reopti[nendum]<sup>3)</sup> testimonio presentium mediante. Datum Thorde, feria secunda proxima post

<sup>1)</sup> Buduc (!)

<sup>2)</sup>—<sup>3)</sup> Kizsakadva.

1470. festum Nativitatis beate Marie virginis, anno Domini  
szept. Millesimo quadringentesimo septuagesimo.  
10. Relatio Nicolai Sykesd.

## 72.

1471. máj. 5. Torda.

*Mátyás király Belsőszolnok, Doboka, Kolozs, Torda, Fehér, Küküllő és Hunyad megyék egyházi és világi főurait és nemeseit s ezek jobbágyait, valamint a Maros és Aranyas széki székelységet a legközelebb tartandó köztörvényszék minden terhe alól felmenti, közöttük köztörvényszéket hat évig nem tart és a szent kereszt feltalálásának ünnepéig elkövetett közönséges és főbenjáró bűneiket eltörli.*

*Megpecsételetlen eredetije papíron, Orsz. lt. MODL. 36393. (Kolosm. Protoc. minus F. fol. 49.)*

Nos Mathias dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. Memorie commendamus per presentes, quod cum nos in comitatibus Zolnokinteriori, de Doboka, Colos, Thorda, Albensi, Kykellew et Hwnyad, ac sedibus Marus et Aranyas partium regni nostri Transsilvanarum inter alios eiusdem regni nostri comitatus in proximo iudicium generale de more facere, malosque e medio bonorum extirpare intenderemus, prelati, barones nobilesque ipsorum comitatuum intelligentes se exinde sub hoc presenti rerum statu multipliciter onerare debere posseque aliquo eventu offendi; supplicarunt itaque nobis, ut eos hoc tempore iudicio illo generali non gravaremus, offerentes insuper se, quicquam nobis exinde proventurum esset, id totum aliter recompensaturos seu reservituros. Nos igitur huiusmodi supplicationibus eorum humilimis inclinati, matura superinde deliberatione prehabita, universos et singulos ipsorum comitatuum Zolnokinterioris, de Doboka, Colos, Thorda, Albensis, Kykellew et Hwnyad, ac sedium Marws et Aranyas prelatos, barones, nobiles et

alterius cuiusvis status possessionatos homines, tam scilicet spirituales quam seculares, eorundemque populos et iobagiones ab omni onere iudicii generalis duximus ad presens supportandos, taleque iudicium inter ipsos usque ad sex annos integros a data presentium computando penitus deferendum. Ceterum de benignitate nostra regia, qua delinquentibus veniam et lapsus sublevamen solemus impertiri, iurisque rigorem interdum lenitate misericordie consuevimus temperare, prefatis omnibus dictorum comitatum et sedium hominibus, prelatis, baronibus, nobiles possessionatisque hominibus, tam spiritualibus quam secularibus et omnibus subditis ac populis et iobagionibus eorum, capitibus quoque ac castris, comitatibus, oppidis et villis, portionibusque et iuribus possessionariis, nec non rebus et bonis eorum et eorundem populorum suorum universis de et super omnibus excessibus criminibusque ipsorum, per eos aut alterum eorum quomodocumque et quocumque tempore usque ad festum Inventionis sancte Crucis proxime preteritum commissis et quibuscumque illatis, quocumque nomine huiusmodi excessus et facinora seu crimina publica vel occulta appellentur, pro quibus videlicet ipsi vel alter eorum in iudicio generali proscriptionem de lege regni nostri quomodocumque mererentur, remissionem et omnimodam relaxationem et gratiam fecimus speciales, taliaque omnia abolevimus in perpetuum, ita ut nullus eorum de cetero propterea qualitercumque notari posset seu gravari, sive puniri, declarantes crimina prenotata omnia abolita esse et nunquam in detrimentum ipsorum vel alterius eorum de cetero, sive in tali iudicio generali sive extra movere debere, solumque crimina, que deinceps a dicto festo Inventionis sancte Crucis proxime preterito in illis comitatibus et sedibus committerentur futuro iudicio celebrando reservavimus, ita tamen, quod ipsi cum levis inter se, prout opportunum fuerit, iuxta legem regni nostri concordare teneantur, immo defferimus, facimus et relaxamus presentium per vigorem. Que etiam volumus et mandamus per omnes iudices regni nostri tam

máj.  
3.

máj.  
3.

1471.  
máj.  
5.

spirituales quam seculares firmiter observari, presentes-  
que perlectas, quibus sigillum nostrum est appressum,  
semper reddi presentanti. Datum in Thorda, die dominico  
proximo post dictum festum Inventionis sancte Crucis,  
anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo  
primo, regni nostri anno quartodecimo, coronationis vero  
octavo.

### 73.

(1471. máj. 31.)

*Szentannai Tóth István és társai a kolosmonostori  
convent előtt ügyvédeket vallanak.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36393. (Kolosm. Prot.  
minus F. fol. 43.)*

1471.  
máj.  
31.

Quod Stephanus Toth de Zenthanna, Petrus Tamasy  
de Naznanfalwa, Benedictus Bychak de Zenthmarthon,  
Nicolaus de Madaras et Johannes frater eiusdem, Grego-  
rius filius condam Petri Alard de Megesfalwa, Blasius  
Megges de Zenthgerg fecerunt procuratores Jacobum de  
Koronka, Johannem de Galacz, Paulum Solymus de  
Pethlend, Dominicum de Zengel, Laurentium Nemes de  
Samsond, Anthonium de Had Rew, Gregorium de dicta  
Zenthanna, Michaelem Panthy, Emericum de Balyok,  
Georgium de Baldon. Datum feria sexta ante festum  
Penthecosten.

### 74.

1472. nov. 30. Sopron.

*Mátyás király az Erdélyben elkövetett hatalmasko-  
dások megvizsgálására és azokban törvényt látni Magyar  
Balázs erdélyi vajdát és székely ispánt és Domokos szé-  
kesfehérvári prépostot kiküldi s az erdélyieket azok ítél-  
leteinek és intézkedéseinek megtartására utasítja.*

*Átirata a kolosmon. convent 1473. febr. 18-án kelt s hátrább kö-  
zölt okl., Orsz. lt. MODL. 36867. (Kolosmon. Sedes Aranyas S. 1.)*

Mathias dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. Fide-  
libus nostris universis et singulis, magnificis, egregiisque  
et nobilibus, item trium generum siculis ac septem et dua-  
rum sedium saxonicalium saxonibus, alterius etiam cuius-  
vis status hominibus, cunctis scilicet regnicolis partium  
regni nostri Transsilvanarum presentium notitiam habi-  
turis salutem et gratiam. Cum pridem miseratis ad nos  
certos nuncios vestros, qui declarant nobis nominibus  
et in personis vestris diversa negotia vestra ac iniurias,  
dampna et nocumenta per nonnullos potentiores homines  
in medio vestri existentes, et etiam per homines nostros  
vobis simul vel seorsim pluribus ex vobis violenter illatas,  
supplicarantque nobis, ut vobis et unicuique vestrum  
super huiusmodi factis et oppressionibus vestris sub-  
levamen<sup>1)</sup> et remedium adhibere dignaremur, tunc re-  
sponsum dederamus vobis per medium eorundem nuncio-  
rum vestrorum, ut mitteremus infra paucos dies notabiles  
viros de curia nostra regia ad vos et in medium vestri,  
qui his et aliis rebus nostris intendere, precipue super op-  
pressionibus vestris debitam provisionem facere possent  
et deberent. Hec eadem scripseramus etiam pridie vobis,  
dum certis et rationabilibus ex causis primum terminum  
conventionus vestre, quem per eosdem nuncios vestros in-  
dixeramus, ulterius prorogare fecimus. Nunc itaque misi-  
mus et deputavimus ad vos et in medium vestri fideles  
consiliarios nostros magnificum Blasium vayvodam no-  
strum Transsilvanum et comitem siculorum nostrorum ac  
venerabilem Dominicum prepositum ecclesie sancti Ni-  
colai de Alba, quibus de mente nostra regia plenam infor-  
mationem, omnim[od]amque facultatem nostram dedimus  
omnia et singula facta vestra, omnesque querelas et op-  
pressiones vestras, nec non iniurias, dampna et nocumenta  
per quoscumque homines maiores et minores in illis par-  
tibus Transsilvanis existentes vobis vel aliquibus ex vobis.  
hactenus quomodocumque et quomocumque illatas ex-

<sup>1)</sup> subuemen az átíratban.

audiendi super eisdem et de omnibus [reb]us<sup>2)</sup> et causis vestris et uniuscuiusque vestrum coram eisdem introducendis, prout iuris videbitur iudicium et iustitiam faciendi et omnia alia, de quibus a nobis [auctoritatem]<sup>3)</sup> habent exequendi. Quamobrem fidelitates [vestras]<sup>4)</sup> rogamus eidemque firmiter mandamus, quatenus habita presentium notitia ea omnia, que prefati Blasius vayvoda [et]<sup>5)</sup> Dominicus prepositus vobis et unicuique vestrum [nomine nostro]<sup>6)</sup> et de mente nostra dixerint credere et exequi, ac facta vestra et oppressiones vestras, nec non dampna et iniurias vobis illatas coram eis declarare iudicioque et iudicatu eorum astare et assistere, ac que iudicaverint vel disposuerint rata et firma habere ac observare [e]t eis obtemperare velitis et debeatis, que omnia etiam nos pro rato et firmo habebimus atque observabimus, aliud non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum Sopronii, in festo beati Andree apostoli anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. quindodecimo, Bohemie vero quarto.

1472.  
nov.  
30.

## 75.

(1473. jan. 15.)

*Csapi János a kolosmonostori convent előtt tiltakozik Szinnyei Pál familiárisa útján Galaczi Jánosnak és sámsondi Ivó Bálintnak Sámsond, Kölpény és Madaras lakosai képében az erdélyi vajda előtt tett azon bevallása ellen, mintha ő a madarasi határon levő halastavát az említett három falunak ajándékozta volna.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36393. (Kolosm. Prot. minus F. fol. 57.)*

Quod Paulus de Syne familiaris Johannis de Chapy in persona eiusdem domini sui nostram veniens is presentiam

<sup>2—6)</sup> Kiszakadva.

per modum protestationis et prohibitionis nobis significare curavit in hunc modum, quod prout ipse percepisset, quidam Johannes de Galacz et Valentinus Iwo dictus de Sampsond nominibus et in personis trium villarum videlicet Samsond, Kelpen et Madaras vocatarum ac totius communitatis incolarum earundem coram domino vayvoda Transsilvano moderno quandam sinistram et minus iustam fassionem fieri procurassent, quomodo prefatus Johannes Chapy piscinam suam in territorio predictae ville Madaras existentem adiacentem ipsis tribus villis donasset, vendidisset etc, cum tamen prelibatus Johannes a multis retroactis temporibus in partibus istis nec fuisset constitutus, in preiudicium etc. Qua protestatione facta idem Paulus de Syne nomine quo supra prefatos Johannem de Galacz ac Valentinum Iwo ab huiusmodi minus iusta et indebita fassionis factione, prenomatos autem populos et incolas dictarum trium villarum ab utensione fruitioneque prescripte piscine etc. prohibuit lege regni etc. Datum in festo beati Mauri abbatis, anno etc.

1473.  
jan.  
15.

## 76.

1473. febr. 18.

*A kolosmonostori convent Mátyás királynak az elkövetett hatalmaskodásokban törvényt látni Erdélybe küldött Magyar Balázs erdélyi vajda és Domokos székesfehérvári prépost küldetéséről szóló oklevelét az erdélyi lakosok részére átírja.*

*Eredetije papíron, Orsz. levéltár, MODL. 36867. (Kolosm. Sedes Aranyas S. 1.)*

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod Ladislaus de Hozywazo in personis magnificorum, egregiorumque et nobilium, item trium generum sicularum ac septem et duarum sedium saxonicalium saxonum, alterius etiam

cuiusvis status hominum, cunctorum scilicet regnicolarum harum partium Transsilvanarum nostram veniens in presentiam exhibuit et presentavit nobis quasdam litteras serenissimi principis et domini, domini Mathie dei gratia regis Hungarie, Bohemie etc. domini nostri naturalis metuendissimi patenter emanatas tenoris infrascripti, petens nos debita cum instantia, ut tenorem earundem de verbo ad verbum in transscripto litterarum nostrarum ipsis magnificis, egregiisque et nobilibus, item sicularibus, alterius etiam cuiuscumque status hominibus, cunctis scilicet regnicolis dictarum partium Transsilvanarum dare dignemur iuris eorum uberiores ad cautelam. Quarum tenor is est: (*Következik Mátyás királynak 1472. nov. 30-án Sopronban kelt oklevele elébb.*) —

1473.  
febr.  
18.

Nos igitur huiusmodi iustis ac iuriconsonis petitionibus annotati Ladislai de Hozywazo gratum prebentes consensum prescriptas litteras prenominati domini regis presentibus litteris nostris similiter patentibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali transscribi et transsumpti facientes, transscriptumque et transsumptum earundem annotatis magnificis, egregiis et nobilibus, item sicularibus, saxonibus, cunctis scilicet regnicolis dictarum partium Transsilvanarum duximus concedendas iuris eorum uberiores ad cautelam. Datum feria secunda videlicet in festo beate Prisce virginis et martyris anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio.

## 77.

1473. dec. 29.

*A kolosmonostori convent előtt Kövendi Mihály családja és rokonai képében a dobokai Kántor Mihály özvegye, Potencia asszony jegyruhája és hozománya tekintetében kielégítettén, Dobokai Pálnak menedéket vall.*

*Eredeti fogalmazványa* Orsz. lt. MODL. 36393. (Kolosm. Protminus F. fol. 85.)



Quod Michael filius condam Andree de Kewend in sua ac nobilis domine Dorothee consortis sue, filie condam Petri Dyenesy de Zenthmyhalfalwa, item Johannis et Stephani filiorum, nec non puelle Katherine filie eiusdem Michaelis, et Marci filii condam Gregorii Dyenesy de eadem, ac puelle Elizabeth filie condam Ladislai de Zenthpal, cunctorumque fratrum ac consanguineorum suorum personis, quorum onera etc. fassus exstitit in hunc modum, quod quia Paulus filius condam Michaelis senioris de Doboka super dote et rebus parafarnalibus condam nobilis domine Potencie filie prefati condam Petri Dyenesy, relicte scilicet condam Michaelis iunioris similiter Kantor de dicta Doboka, de bonis et iuribus possessionariis dicti condam Michaelis Kanthor iunioris qualitercunque provenire debentibus plenariam impendissent satisfactionem; ideo ipse Michael filius condam Andree ac domina Dorothea consors eiusdem, nec non Marcus et puella Elizabeth omnifarie contenti, pretextu premissarum dotis et rerum parafarnalium et maritacionis annotate condam domine Potencie ipsum Paulum Kanthor eiusdemque successores universos reddidisset etc. immo prefatus Michael Andree de Kewend suo et aliorum quorum supra nominibus reddidit etc. coram nobis. Datum in festo beati Thome martyris et pontificis anno Domini etc. septuagesimo tertio.

1473.  
dec.  
29.

## 78.

1474. ápr. 19.

*Mihály kalotaszegi oláh vajda az apósát, néhai Tholdalaghi Istvánt, nyolc jobbágytelek, két malom és egy halastó elhagyományozásától Torda megyében és a székely-szentkirályi pálosokat azoknak elfogadásától és élésétől a kolosmonostori convent előtt tiltja.*

*Eredeti fogalmazványa* Orsz. lt. MODL. 36403. (Kolosm. Prot. mimis Labore, fol. 48.)

1474.  
ápr.  
19.

Quod Michael vayvoda wolahalis de Kalathazegh in persona nobilis domine Sophie consortis sue condam Stephanum de Tholdalag, patrem prefate domine Sophie a legatione testamentali octo sessionum iobagionalium in possessione ...<sup>1)</sup> ac unius piscine et duorum molendinorum duarum rotarum existentium ...<sup>2)</sup> in comitatu Thordensi habitarum, item religiosos fratres heremitas Pauli primi heremite ecclesie beate Marie virginis de Zekelzenth Kyral et alios quoslibet a receptione testamentali ac quovis colore quesito sibipsis appropriatione seque ipsos in dominium predictarum octo sessionum iobagionalium, nec non piscine et molendinorum pretactorum intromissione ac sibipsis statui factione, usuumque fructuum et quarumlibet utilitatum earundem perceptione seu percipi factione qualitercunque factis vel fiendis prohibuit coram nobis lege regni requirente. Datum feria tertia proxima post dominicam Quasimodo, anno etc. septuagesimo quarto.

## 79.

1475. jun. 9.

*A kolosmonostori convent előtt Hidvégi Mihály hidvégi részbirtokát és a Gyepü nevű tölgyerdő melletti rét felét, hidvégi és árapataki birtokaira vonatkozó leveleinek visszaadása fejében hidvégi Mikó Lőrincnek és Péternek ajándékozza.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36406. (Kolosm. Prot. minus Széllyes fol. 86.)*

Quod Michael filius condam Valentini de Hydweg coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc modum, quomodo ipse matura deliberatione superinde prehabita totalem portionem suam possessionariam in prefata possessione Hydweg vocata, in comitatu Albensi,

<sup>1—2)</sup> Üres helyek.

ultra fluvium Pathak nominatum a parte orientali habitam simul cum cunctis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem portionem possessionariam spectantibus et pertinere debentibus, nec non directam et equalem medietatem cuiusdam prati a parte cuiusdam silve glandinose Gyepew vocate Laurentio et Petro Myko dictis de eadem Hydweg pro assignatione et restitutione quarundam litterarum suarum privilegialium prefatas possessiones Hydweg et Arapathaka vocatas tangentium et concernentium dedisset, vendidisset et ascripsisset, immo dedit, donavit et ascripsit nostri presentia eisdem, eorundemque heredibus et posteritatibus universis etc. assumptens etc. Datum feria sexta ante festum beati Barnabe apostoli, anno etc. septuagesimo quinto.

1475.  
jún.  
9.

## 80.

1475. okt. 25.

*A kolosmonostori convent Magyar Balázs erdélyi vajda ítélete alapján Hidvégi Bálint fia Mihályt a néhai Hidvégi Becze hidvégi részirtokába Fehérmegyében, a bölöni Forró Simon fiainak tiltakozása ellenére is beiktatja.*

*Eredeti je hártján, hátán pecsét nyomaival, Orsz. lt. MODL. 26420.*

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra. Omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentium notitiam habituris salutem in salutis Largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod cum nos receptis litteris viri magnifici domini Blasii Magyar vayvode Transsilvani ac siculorum comitis etc. < adiudicatoriis pariter et sententialibus ><sup>1)</sup> modum et formam eiusdem < iudicarie deliberationis ><sup>2)</sup> in se experimentibus<sup>3)</sup> pro parte Michaelis filii condam Valentini de Hydweg contra Nicolaum,

<sup>1)</sup> adiudicatorias pariter et sententiales *az eredetiben.*

<sup>2)</sup> iudicariam deliberationem *az eredetiben.*

<sup>3)</sup> experimentes *u. o.*

Ladislau, Johannem, Michaellem et Blasium filios condam Simonis Forro de Belen emanatis nobisque loquentibus, iuxta earundem continentiam amicabilibus petitionibus eiusdem annuentes ut tenemur, una cum Thoma Magno de Banabyk homine eiusdem domini Blasii Magyar voyvode Transsilvani etc. de sede sua iudiciaria per ipsum ad id specialiter transmissio nostrum hominem, videlicet religiosum fratrem Georgium custodem, unum ex nobis ad infrascripta exequenda nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt isto modo, quod ipsi die dominico proximo post festum Undecim millium virginum proxime preteritum ad faciem dicte possessionis Hydweg vocate in comitatu Albensi existentis, consequenterque portionem possessionariam condam Becze de ipsa Hydweg in eadem habite vicinis et commetaneis suis, puta Andrea de Arapathaka, Petro et Laurentio Myko de Hydweg, Petro similiter Myko de eadem, Georgio filio Petri de Bewlen, et Dominico de Wdwarhel nobilibus, item Michaelle iudice, altero Michaelle similiter iudice, Paulo Klycz et Stephano Engel concivibus de Feldwar, nec non Luca iudice, Petro Feyer, Johanne Kadar de Weresmarth et Paulo Kewer concivibus civitatis Brassoviensis presentibus accessissent, eandem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis ad ipsam portionem possessionariam ipsius condam Becze de iure spectantibus prelibato Michaeli filici dicti condam Valentini de Hydweg cum his, quibus congruit iure ei incumbenti perpetuo ac in sempiternum tenendam, possidendam et habendam statuissent et commisissent, contradictione prelibatorum Nicolai, Ladislai, Johannis, Michaelis et Blasii ac aliorum quorumlibet non obstante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentes et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum quarto die dici statutionis prenotate, anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

okt.  
22.

1475.  
okt.  
25.

## 81.

1476. máj. 27. Diódvára.

*Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajda és székely ispán a görgényi és küküllővári porkoláboknak megparancsolja, hogy amikor özvegy Szentgyörgyi Balázsne öket felkéri, Szentpálon a Maroson levő malmát a bitorló Szentpáli Miklóstól foglalják el és adják vissza neki.*

*Átirata* Magyi Pál alországbíró és erd. alvajda 1502. jan. 24., és vingárti Geréb Péter nádor 1502. márc. 2-án kelt okl., a gróf Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., *Tancsi Földvály-iratok* LX. 21., illetve LXXVIII. 3/b.

Johannes < Pangracz de Dengelegh ><sup>1)</sup> wayvoda Transsilvanus sicularumque comes, nobilibus castellanis et vicecastellanis nostris castrorum Gewrgen et Kykellewar<sup>2)</sup> presentibus et futuris presentium notitiam habituris salutem. Quia nobilis Nicolaus de Zenthpal quoddam molendinum nobilis domine relicte condam Blasii de Zenthgergh<sup>3)</sup> in possessione Zenthpal in fluvio Marossii<sup>4)</sup> existens habitum, uti ex gravi querela eiusdem domine accepimus, minusiuste et indebite occupavit, occupatumque tenet etiam de presenti potentia mediante; et quia nos prefatam dominam exponentem in nostram profectio-nem receptam per quempiam in suis iuribus destitui minusiuste et indebite nullomodo volumus, igitur vobis harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatinus visis presentibus dum et quando per annotatam dominam exponentem simul vel divisim requisiti fueritis, extunc predictum molendinum per Nicolaum de Zenthpal ut prefertur occupatum a manibus eiusdem Nicolai excipere, prefateque domine rursus reddere et restituere, eandemque in dominio eiusdem molendini contra quoslibet illegitimos impeditores<sup>5)</sup> protegere, tuerique et defensare

<sup>1)</sup> Pangaracz de Dengeleg a *Geréb-féle átiratban*.

<sup>2)</sup> Kykellew vocata *ugyanott*.

<sup>3)</sup> Zenth Gyewrgh *u. o.*

<sup>4)</sup> Morosii *u. o.*

<sup>5)</sup> impeditores *mindkét átiratban*.

1476.  
máj.  
27.

debeatis et teneamini auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa et iustitia mediante. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in castro nostro Dyod, feria secunda proxima post festum beati Urbani pape, anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

## 82.

1478. máj. 14. Torda.

*Vingárti Geréb Péter erdélyi vajda és székely ispán meghagyja az erdélyi káptalannak, hogy az Árapataka negyed része felett régóta húzódo perben általa megidézett, de meg nem jelent Árapataki (= Árkosi) Andrást és Demetert, illetve ez utóbbinak időközben történt halála folytán a fiait, Móricot és Simont, hidvégi Mikó Lőrinc, Hidvégi Mihály, Mátyás és János felperesekkel szemben kikiáltással idézze törvénybe.*

A XVIII. sz. 60-as éveiben készült kir. táblai *másolata* a Kendi Antal alvajda ugyancsak másolatban ismert, 1478. júl. 10-én kelt átiratában, Orsz. lt. *Kőszegi A.* kir. tábl. ítélőmester iratai XXIII. 59. fol. 404.

jan.  
6.

Amicis suis reverendis capitulo ecclesiae Albensis Transsilvaniae (Petrus Gereb de Wyngarth vayvoda Transsilvanus)<sup>1</sup>) siculorumque comes amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod nos in festo Epiphaniarum Domini proxime praeterito in Fewldwar constituti, Laurentius Myko et Michael filius condam Valentini de Hydweg personaliter venientes in praesentiam exhibuerunt nobis quasdam litteras vestras inquisitorias, evocatorias et insinuatorias clause confectas, habentes hunc tenorem: *(Következik az erdélyi kápt. 1463. jan. 19-én kelt s elébb közölt idéző levele).*

Quibus exhibitis prefati Laurentius Myko et Michael de Hydweg allegarunt eo modo, quod causa

<sup>1—2</sup>) Kimaradtak.

praescripta ratione eiusdem prosecutionis negligenter a tempore inchoationis factae condescensa foret. Medio etiam tempore praelibatis Nicolao filio Anthonii et Valentino filio Georgii de Hydweg decedentibus, causa praesens in Mathiam et Johannem ipsius condam Nicolai, nec non praefatum Michaellem dicti condam Valentini filios devenisset et condescendisset, quam ob rem si iuri consonaret et (aequitati)<sup>2)</sup> videretur, [praedicti]<sup>3)</sup> Laurentius Myko, Michael ac Mathias et Johannes [praefatos Andream et Demetrium]<sup>4)</sup> filios dicti condam Anthonii filii Stephani contra se ad praemissa de novo legitime facere vellent evocari. Et quia allegatio dictorum Laurentii Myko et Michaelis tanquam iuri consona admitti praefatique Andreas et Demetrius ad praemissa denuo evocari deberent, super quo amicitiam vestram litteratorie petieramus diligenter, quatenus vestrum mitteretis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente homo noster infradeclarandus praefatos Andream et Demetrium, filios condam Anthonii filii condam Stephani de Arapathaka contra praefatos Laurentium Myko, Michaellem ac Mathiam et Johannem, filios dicti condam Nicolai de Hydweg ad octavas festi beati Georgii martyris nunc venturas ad praemissa nostram evocaret in praesentiam, et post haec huiusmodi evocationis seriem cum evocatorum nominibus octavas ad easdem nobis amicabiliter rescriberetis. Vos igitur petitionibus nostris gratum praebentes assensum, una cum Alberto Beldy homine nostro vestrum hominem videlicet Mathiam clericum de Kluswar ad praemissa fideliter peragenda vestro pro testimonio transmisissetis fidedignum, qui tandem exinde ad vos reversi vobis concorditer retulissent eo modo, quod ipsi feria secunda proxima post dominicam Laetare ad memoratam possessionem Arapathaka pariter accessissent, ibique praedictos Andream et Demetrium filios condam Anthonii filii Stephani de eadem Arapathaka contra annotatos Laurentium Myko, Michaellem, ac Mathiam et Jo-

máj.  
1.

márc.  
21.

<sup>3)</sup>—<sup>4)</sup> Üresen hagyott helyek.

máj.  
1. hannem filios dicti condam Nicolai de Hydweg ad praesentes octavas festi beati Georgii martyris nostram evocassent in praesentiam rationem praemissorum reddituros efficacem. Ad quas quidem octavas festi beati Georgii martyris praefati Andreas, nec non Mauritius et Simon filii dicti condam Demetrii filii Stephani de Arapathaka, in quos causa praesens, mortuo patre eorum, est condescensa, per annotatum Michaellem de Hydweg actorem in sua ac aliorum actorum praedictorum personis congruis diebus ipsarum octavarum coram nobis expectati nostram in praesentiam non venerunt neque miserunt, se median-  
tibus aliis litteris nostris iudicialibus exinde confectis in iudiciis aggravari permittentes, postulasset praefatus Michael in sua ac aliorum actorum personis ex parte ipsorum in causam attractorum per nos in praemissis iuris aequitatem impertiri. Et quia praefati Andreas ac Mauritius et Simon in causam attracti adhuc proclamari ad praemissa debebant, pro eo vestram amicitiam petimus diligenter praesentibus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Andreas aut Petrus vel Simon ac Albertus de Bolt seu Leonardus de Cheztwe seu Elias Galthew (!)<sup>5</sup> sive Osvaldus de Galdtew (!)<sup>6</sup> aliis absentibus homo noster praefatos Andream de Arapathaka, ac Mauritium et Simonem filios dicti condam Demetrii de eadem in praemissis peremptorie responsuros, ac de iudiciis novem marcarum nobis et parti adversae satisfacturos contra annotatos Michaellem, Laurentium, Mathiam et Johannem actores ad octavas festi Nativitatis beati Johannis baptistae nunc venturas nostram faciet proclamari in praesentiam publice et manifeste, insinuando ibidem eisdem, ut si venerint, in praemissis se bono modo enodaverint, de dictisque iudiciis novem marcarum nobis et parti adversae satisfecerint bene quidem, alioquin non obstante ipsorum absentia et ...<sup>7</sup>) octavis in praedictis id

júl.  
1.

<sup>5</sup>) Baltó a másolatban.

<sup>6</sup>) Baldtő u. o.

<sup>7</sup>) Üres hely u. o.



faciemus in praemissis, quod dictaverit ordo iuris. Et post haec huiusmodi proclamationis seriem, ut fuerit peracta, octavas ad praedictas nobis amicabiliter rescribatis. Datum Thordae, quarto decimo die octavarum festi beati Georgii martyris praedictarum, anno Domini Millesimo

1478.  
máj.  
14.

### 83.

1478. jul. 10. Torda.

*Kendi Antal erdélyi alvajda Geréb Péter vajdának azon oklevelét, melynek értelmében az Árapataka negyed-része felett folyó perben Árapataki András, Móric és Simon alpereseket meg nem jelenésük miatt hidvégi Mikó Lőrinc, Mátyás és János, továbbá Hidvégi Mihály felperesekkel szemben kikiáltással újból megidézttette, nevezett alperesek részére átírja.*

A XVIII. század 60-as éveiben készült erd. kir. táblai *másolata*, Orsz. lt. *Kőszegi A. ítélőmester iratai* XXIII. 59. fol. 404.

Nos Anthonius de Kend vicevayvoda Transsilvanus. Memoriae commendamus, quod cum in causa inter nobiles Michaellem filium Valentini de Hydweg, [nec non (!) Laure]ntium<sup>1)</sup> Myko ac Mathiam et Johannem filios condam Nicolai de eadem ut actores ab una, ac inter Andream de Arapathaka, nec non Mauritium et Simonem filios condam Demetrii de eadem uti in causam attractos partibus ab altera [in praese]ntibus<sup>2)</sup> [oct]avis<sup>3)</sup> festi Nativitatis beati Johannis baptistae coram nobis mota et agitata, idem Laurentius Myko quasdam litteras magnifici domini Petri Gereb de Wyngarth, vayvodae Transsilvani et comitis siculorum inquisitorias, evocatorias et insinuatorias clause confectas coram nobis in iudicio exhibuisset, mox Johannes Herczeg de Olnuk procurator legitimus dictorum in causam attractorum in nostram exurgens prae-

júl.  
1.

<sup>1)</sup>—<sup>3)</sup> Üresen hagyott helyek.

sentiam, paria earundem in transsumpto litterarum nostrarum per nos eisdem dari postulavit ad cautelam. Quorum tenor is est: (*Következik Vingárti Geréb Péter erdélyi vajda 1478. majus 14-én kelt s elébb közölt oklevele.*)

— Unde nos tenorem praescriptarum litterarum antefati nostri vayvodae proclamatoriarum de verbo ad verbum, sine diminutione et augmento aliquali praesentibus litteris nostris patentibus transsumi et transscribi facientes praefatis Andreae de Arapathaka, nec non Mauritio et Simoni, filiis condam Demetrii de eadem in causam attractis duximus concedendum communi iustitia suadente. Datum Thordae, decimo die octavarum festi Nativitatis beati Johannis baptistae praedicti, anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo praedicto.

1478.  
júl.  
10.

## 84.

1478. jul. 10. Torda.

*Kendi Antal erdélyi alvajda az erdélyi káptalan oklevelét, mely szerint egyfelől Árapataki Antal, másfelől Hidvégi Antal és rokonai Hidvégen és Árapatakán megosztóznak, Árapataki András és unokatestvérei részére átírja.*

A XVIII. század 60-as éveiben az erd. kir. táblán készült *másolata* Orsz. lt. *Kőszegi A. ítélmester iratai* XXIII. 59. fol. 445.

Nos Anthonius de Kend vicevayvoda Transsilvanus. Memoriae commendamus, quod cum in causa inter nobilem Michaellem, Laurentium, Mathiam, Johannem de Hydweg ut actores ab una, ac inter Andream de Arapathaka ac Mauritium et Simonem filios condam Demetrii de eadem ut in causam attractos partibus ab altera in praesentibus octavis festi Nativitatis beati Johannis baptistae coram nobis existente et habita idem Laurentius de Hydweeg quasdam litteras capituli ecclesiae Albensis Transsilvanae fassionales pariter et obligatorias privilegialiter confectas coram nobis in iudicio exhibuisset, mox Johan-

júl.  
1.

nes Herczeg de Olnuk procurator legitimus dictorum in causam attractorum in nostram exurgens praesentiam et paria earundem in transsumpto litterarum nostrarum per nos eisdem dari postulavit ad cautelam. Quarum tenor talis est: (*Következik az erd. káptalan 1427. dec. 8-án kelt s elébb közölt osztálylevele.*) — Unde nos tenores praescriptarum litterarum antefati capituli fassionaliū et obligatarum de verbo ad verbum, sine diminutione et augmento aliquali praesentibus litteris nostris patentibus transsumi et transscribi facientes praefato Andreae de Arapathaka ac Mauritio<sup>1)</sup> et Simoni filiis condam Demetrii in causam attractis duximus concedendos, communi iustitia suadente. Datum Thordae, decimo die octavarum festi Nativitatis beati Johannis baptistae praedictarum anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo.

1478.  
júl.  
10.

## 85.

1478. júl. 13. Torda.

*Kendi Antal erdélyi alvajda Árapataki Andrást és rokonait, a hidvégi Mikó Lőrincsel és rokonaival folytatott perükben Árapatakára vonatkozó irataiknak a bemutatóására utasítja.*

*Eredetije papíron, Orsz. lt., Erdélyi főkorm. osztály, Kovácsy L. kir. táblai ügyvéd iratai nr. 548.*

Nos Anthonius de Kend vicevayvoda Transsilvanus. Damus pro memoria, quod Laurentius Myko de Hydweg personaliter pro se (ac pro<sup>1)</sup>) Michaele et Mathia de eadem Hydweg cum procuratoriis litteris nostris, iuxta continentiam litterarum proclamatoriarum nostrarum ac honorabilis capituli ecclesie Transsilvane exinde relatoriarum in octavis festi Nativitatis beati Johannis baptiste in figura nostri iudicii comparendo, contra Andream de Ara-

júl.  
1.

<sup>1)</sup> Martino a másolatban hibásan.

<sup>1)</sup> Kimaradt.

pathaka, Mauritium et Simonem filios condam Demetrii de eadem proposuit eo modo, quod licet alias condam Anthonius filius Myko ac dictus Laurentius filius eiusdem, Valentinus filius Georgii, pater ipsius Michaelis ac condam Anthonius filius Egidii, avus prefati Mathie actores Anthonium filium Stephani de Arkws, patrem antefati Andree avumque dictorum Mauritii et Simonis ratione minus iuste occupationis et conservationis portionis possessionarie in possessione Arapathaka, in comitatu Albensi existenti ipsos concernentis in causam convenientes aggravari pretenderint; ex postque idem condam Anthonius filius Stephani quartam partem eiusdem possessionis Arapathaka eisdem utrique Anthonio ac Valentino in perpetuum coram dicto capitulo Albensi fassus fuerit, tali obligationis vinculo interiecto, ut si temporum in processu ipse Anthonius filius Stephani eandem quartam partem dicte possessionis Arapathaka eisdem utrique Anthonio et Valentino pacifice remittere nollet, vel ab eisdem viceversa niteretur occupare, extunc adstatim in centum et decem marcis argenti gravis ponderis convinceretur ipso facto; tamen ex post idem Anthonius filius Stephani ipsam quartam partem dicte possessionis, contra prescripta sua propria obligamina, viceversa occupasset, occupatasque contra legitimas personalesque prohibitiones dictorum actorum vita sibi durante tenuisset, ac ipso decesso prefatus Andreas filius, ac Mauritius et Simon nepotes eiusdem condam Anthonii tenerent et conservarent etiam in presentiarum potentia mediante. Et in horum declarationem quasdam litteras dicti capituli ecclesie Albensis fassionales, obligatorias secundo die octavi diei festi beati Andree apostoli anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo<sup>1)</sup> privilegialiter confectas nostrum produxit in conspectum exprimentes, quod Anthonius filius Stephani de Arapathaka ab una, parte vero ex altera Anthonius filius Egidii, alter Anthonius filius Myko ac Valentinus filius Georgii de Hydweeg coram ipso capitulo

1427.  
dec.  
8.

<sup>1)</sup> A kérdéses oklevelet l. elébb.

constituti confessi exstitissent inter cetera in facto ipsius possessionis Arapathaka ad talem pacis devenisse unionem, quod in quarta parte eiusdem possessionis ac utilitatibus et pertinentiis ad eandem sufficientibus prefati uterque Anthonius et Valentinus cum eorum successoribus universis iure perpetuo et irrevocabiliter debuissent permanere, iulique ac proprietatibus eiusdem congaudere, tribus partibus ipsius possessionis Arapathaka similiter cum omnibus suis utilitatibus dicto Anthonio filio Stephani, ac eiusdem heredibus modo simili in perpetuum remanentibus; tali sub obligamine, quod si qua partium predictarum temporum in processu premissam ordinationem quovis colore quesito infringeret vel superinde litem moveret, extunc talis pars contra partem alteram in centum marcis argenti puri, iudici vero in decem marcis argenti terrestri ponderis convinceretur eo facto. Quibus productis prefatus Laurentius Myko sibi ac aliis predictis actoribus ex parte memoratorum in causam attractorum per nos in premissis iuris equitatem petivit elargiri. Quo audito Johannes Herczeg de Olnok pro prefatis Andrea de Arapathaka, ac Mauritio et Simone filiis condam Demetrii in causam attractis cum procuratoriis litteris nostris in nostram exurgens presentiam et eosdem in causam attractos in dominio pretacte totalis possessionis Arapathaka existere affirmans respondit tali modo, quod ipsi in causam attracti super omnibus premissis litteras haberent expeditorias efficaces pro se confectas, quas non ad presens, sed in termino ulteriori per nos dando coram nobis producere prompti essent et parati. Unde nos his perceptis Judicantes commisimus eo modo, ut prefati Andreas, Mauritius et Simon de Arapathaka in causam attracti vel eorum procuratores legitimi preassertas litteras expeditorias, si quas super premissis pro se habent confectas, in octavis festi beati Michaelis archangeli nunc venturis coram nobis exhibere et producere debeant et teneantur, quibus visis iudicium et decisionem facere valeamus inter partes in premissis, dictante iuris equitate. Datum Thorde, tredecimo die octavarum festi Nativitatis

okt.  
6.

1478. beati Johannis baptiste predictarum, anno Domini Mille-  
júl. simo quadringentesimo septuagesimo octavo.  
13.

## 86.

(1479.) szept. 4. Hidvég.

*Nemes Mihály panaszos levele Figedi Balázs székely alispánhoz, hogy hidvégi jobbágyait a Kézdi széki széke-lyek, élükön Czirjék Bernáttal és Balázssal kirabolták, őt magát pedig meg akarták ölni.*

*Eredetije papíron pecsét nélkül, Török Bertalan hagyatékából az Erdélyi Múzeum lt.*

aug. En supplico vestre egredietati (így!) per presentes,  
29. quatenus vestre egredietati (így!) pro me pauperrimo pro-  
curare et loquere non tediaretur<sup>1)</sup> ad dominum way-  
wodam, ut enodo per hanc paginam et quomodo isti sti-  
pendiarii de Keesdy in festo Decollationis beati Johannis  
baptiste descendum fecerunt in villa Hydweg nisi super  
yobagiones<sup>2)</sup> meos et ex altera parte nullius, nescio, ex  
quorum consensu causa invidii id hoc fecerunt et (h)os<sup>3)</sup>  
iobagiones meos despoliaverunt, plusquam triginta duo  
floreorum auri dampna ipsis intulerunt, insuper memet  
interficere minati fuerunt et in nocte curiam meam cir-  
cuierunt, presertim Bernardus et Blasius Ceryek unacum  
complicibus suis et cum cetu ipsorum ac etiam in asscensu  
ipsorum omnes publice minabantur, ut in redeundo  
totam partem meam ville omnino comburrerunt et pe-  
nitus planare vellent et insuper memet interficere  
vellent. Ea de causa neque stipendiarios bono modo  
dimittere potui. Ob hac causa supplico vestre egredie-  
tati (így!), ut respectu dei omnipotentis mina me in tanti  
detrimenti dimittere non velletis, ut possim amplius servire

<sup>1)</sup> ut enodo *innen törölve*.

<sup>2)</sup> peryobagiones *az eredetiben*.

<sup>3)</sup> os *ugyanott*.

et orare pro vestra strennitate (*így!*), ut spero me exaudire Scriptis in Hydweg, sabbato proximo post festum Decollationis beati Johannis baptiste anno Domini Millesimo etc.

1479.  
szept.  
4.

Michael Nemes de Hydweg,  
servitor et orator pro salute anime vestre.

*Külcím:* Egregio viro domino Blasio de Fyged comiti siculorum, domino sibi plurimum honorando.

## 87.

1480. febr. 25. Földvár.

*Báthori István országbíró, erdélyi vajda és székely ispán, kilyéni Czeryék Bernátot inti, hogy atyjának véletlen megölése miatt hidvégi Nemes Mihályt ne fenyegetse, mivel ez a per leszállítatott már közöttük; ha mégis keresni valója van ez ügyben rajta, a székely ispáni törvényszéken keresse.*

*Eredetije* papíron, aljára nyomott pecsét töredékeivel az Erd. Múzeum lt, *Br. Kemény* lt. lajstromozatlan.

Regestája *Tört. Tár* 1907. 99.

Stephanus de Bathor iudex curie regie wayvodaque Transsilvanus ac comes siculorum etc. Agili viro Bernardino Czeryek de Kylyen salutem et favorem. Exponitur nobis in persona nobilis Michaelis Nemes de Hydwegh admodum gravis q[ue]rele,<sup>1)</sup> quomodo tu ipsum pretextu necis seu mortis condam patris tui per eundem casualiter facte certis et nonnullis minarum generibus afficeres, cum tamen super ipsa morte ipsius condam patris tui, sed et universis interemptionibus et necibus aliis quibusvis alternatim et inter vos commissis certa fuisset dispositio, immo eedem penitus et omnino vestri in medium sopite sedateque exstitissent et condescense. Quapropter tibi harum serie committimus et regia in persona mandamus firmissime, quatinus visis presentibus amodo et imposterum pre-

<sup>1)</sup> Kizsakadt.

libatum Michaellem Nemes exponentem previa ratione quovismodo comminare, aut eidem aliquas minas imponere ne debeas. Si enim quicquam actionis vel questionis materiam occasione premissa cum eodem exponente habere pretendens, id in nostri presentia iuridice prosequare, ubi ex parte eiusdem tibi ac omnibus aliis contra eum querulantibus condigna et evidens amministrabitur iustitia, alioquin prout et quemadmodum seriebus aliarum nostrarum litterarum castellanis et vicecastellanis nostris castri Thewrch commisimus, ita et nunc presentibus eisdem strictius committimus, ut ipsi prenominatum exponentem contra te, sed et alios quoslibet illegitimos impeditores protegere et manutenere debeant et teneantur modis omnibus. Aliud igitur non facturum. Presentibus quoque perlectis exhibenti restituti. Datum in Fewldwar, in festo beati Matthie apostoli, anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo.

1480.  
febr.  
25.

## 88.

1480. jun. 1. Báránymező.

*Báthori István országbíró, erdélyi vajda és székely ispán megtiltja Fehér vármegye tisztségének, nehogy hidvégi Nemes Mihályt, kit ő az Oláhország ellen indított hadjárat alól felmentett, felülésre kényszerítse.*

*Eredetije papíron, alján viaszpecsét nyomaival az Erdélyi Múzeum lt., Báró Kemény lt. lajstromozatlan.*

Comes Stephanus de Bator iudex curie regie, waywo-  
daque Transsilvanus et sicularum comes etc. Nobilibus  
comitibus vel vicecomitibus nostris, iudicibus nobilium  
comitatus Albensis, cunctisque aliis sollicitatoribus et  
levatoribus exercitus presentis harum serie mandamus  
firmissime, quatenus visis presentibus nobilem Michaellem  
Nemes de Hydweg, quem nos de presenti exercitu vide-  
licet ad partes Transalpinas instaurato versus propria sua  
dimisimus, iterum ad ingrediendum eiusdem artare et  
compellere aut compelli facere ne debeatis. Neque ipsum



ratione non interessentie ipsius contra formam presentis nostre littere in persona, rebusque et bonis suis quibusvis Impedire aut quovismodo dampnificare presumatis, neque sitis ausi modo aliquali. Presentibusque perlectis exhibenti restitutus. Datum in Baram Mezew, descensu scilicet campestri prope castrum Therch, in festo sanctissimi Corporis Christi, anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo.

1480.  
jún.  
1.

## 89.

1482. ápr. 25. Győr.

*Mátyás király a Maros széki Szentannát s a Székelyfalva és Szentanna közt levő Mezőmalom nevű marosi malmot hűségéért Gyulakuti Balázsnak és rokonainak adományozza.*

*Átirata* Fráter György 1549. dec. 14-én „Blasius Bernald de Mezewmadaras” részére kelt okl. a Magyar Nemzeti Múzeumban, *Gróf Bethlen* lt. — *Hamis.* — L. a „Függelék”-ben.

Nos Mathias dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos attentis et consideratis fidelitate et (fidelibus) (!) servitiis fidelis nostri nobilis Blasii de Gywlakwth per ipsum primum sacre huius regni nostri Hungarie corone, tandemque maiestati nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, totalem possessionem Zenthanna vocatam, in districtu Maruszek partium regni nostri Transsilvanarum existentem ac molendinum Mezewmalom appellatum, inter possessiones Zenthanna predicta et Zekelfalwa una cum vado seu transitu navali in fluvio Marws habito, in quorum pacifico dominio pretactus Blasius de Gywlakwth progenitores suos ab antiquo perstitisse seque persistere asserit etiam de presenti, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenilibus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promon-

toris, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Blasio de Gywlakwth ac per eum Johanni fratri carnali, nec non Stephano, Michaeli et Nicolao filiis eiusdem Johannis, item domine Sophie consorti et Nicolao filio prefati Blasii, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, de consensu etiam et beneplacita voluntate serenissime domine Beatricis regine, consortis nostre carissime, nove nostre donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam, salvo iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Jaurini, in festo beati Marci euangeliste, anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo, regnorum nostrorum Hungarie etc. vigesimo quinto, Bohemie vero tredecimo.

1482.  
ápr.  
23.

## 90.

1483. márc. 26.

*Óbudai István a kolosmonostori convent előtt szentmihályfalvi Székely Jánost szentmihályfalvi részirtókának elfoglalásától és bitorlásától tiltja.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36395. (Kolosm. Prot. minus I. fol. 37.)*

Quod Stephanus filius condam Stephani senioris de Obwda personaliter nostram veniens in presentiam Johannem Zekel de Zenthmyhalfalwa et alios quoslibet ab occupatione, detentione et conservatione, sibique ipsis usurpatione seu appropriatione, seque ipsos quovis colore quesito in dominium totalis portionis sue possessionarie

in prefata possessione Zenthmyhalfalwa vocate, in comitatu Tordensi existenti habite intromissione et statui factione, usuumque fructuum et quarumlibet utilitatum eiusdem perceptione seu percipi factione qualitercumque factis vel fiendis publice et manifeste prohibuit coram nobis lege regni requirente, Datum ut supra.<sup>1)</sup>

1483.  
márc.  
26.

## 91.

1484. jan. 23.

*A kolosmonostori convent előtt szentmihálytelki Tompa Mihály kötelezi magát, hogy ha a nejét, Krisztina asszonyt, Suki Jánost és Mocsi Salatielt egyenlő jogon illető bándi székelységet és halastavat idegenektől saját költségén visszaszerezheti, azoknak felét a fele költsége megtérítése mellett ez utóbbiaknak visszaadja, ellenkező esetben hatalombajon esettül maradjon.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 3695. (Kolosm. Prot. minus I. fol. 47.)*

Quod Michael Thompa de Zenthmyhaltheke personaliter ab una, parte siquidem ex alia Johannes de Swk et Salatiel filius condam Bartholomei de Moch modo simili personaliter, prefatus Michael Thompa confessus est in hunc modum, quod licet sicutatus possessionis Band vocate in sede Maroszek existentis, nec non quedam piscina in territorio eiusdem possessionis Band habita prefatos Johannem de Swk ac Salatielem, nec non nobilem dominam Cristinam consortem annotati Michaelis Thompa equali iure concernerent, prefatusque Michael Thompa sicutatum possessionis Band predictum et piscinam antedictam iuris tramite mediante ab aliorum manibus propriis suis laboribus, fatigiis et expensis reobtinere et reinvenire assumpsisset, immo assumpsit nostri in presentia eo modo,

<sup>1)</sup> Datum feria quarta proxima post dominicam Ramispalmarum, anno etc. octuagesimo tertio.

quod si prefatus Michael Thompa prescriptum sicutatum possessionis Band ac piscinam predictam iuris tramite mediante quoquomodo a manibus aliorum reobtinere et reinvenire posset, extunc annotati Johannes de Swk et Salatiel de Moch directam et equalem medietatem expensarum eiusdem reddere et persolvere deberent et tenerentur, annotatusque Michael Thompa eosdem Johannem et Salatiel in dominium directe et equalis medietatis sicutatus predictae possessionis Band ac piscine antedictae modo simili intromittere deberet et teneretur. Ubi autem prefatus Michael eosdem Johannem et Salatiel, persolutis dictis expensis suis in dominium eiusdem sicutatus possessionis Band et piscine intromittere nollet aut cum processu litis eosdem intromitteret, extunc mox ipse Michael Thompa contra et adversus Johannem et Salatiel in succubitu duelli facti potentialis convinceretur et convinci haberetur ipso facto. Ad quod se partes predictae sponte obligarunt coram nobis vigore et testimonio presentium mediante. Datum feria sexta proxima ante festum Conversionis beati Pauli apostoli, anno Domini etc. octuagesimo quarto.

1484.  
jan.  
23.

## 92.

1485. máj. 24.

*A kolosmonostori convent előtt Tholdalaghi Péter és Bálint Tholdalaghi Zsófia asszonyt Tholdalag felerészének és a Dobócz hegy alatt fekvő halastónak elhagyományozásától, a szentkirályi pálosokat pedig azoknak elfogadásától és elfoglalásától tiltják.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36397. (Kolosm. Prot. minus L. fol. 1.)*

Quod Petrus filius condam Thome filii Petri de Tholdalak in sua ac nobilis puella Apolonia vocata filie, nec non Thome filii condam nobilis domine Elena appellate filie<sup>1)</sup> condam Thome de dicta Tholdalak personis, item Va-

<sup>1)</sup> filii *a fogalmazványban.*

lentinus filius condam Sigismundi filii Blasii de prefata Tholdalak nostram venientes in presentiam per modum protestationis et prohibitionis nobis significare curaverunt in hunc modum, quomodo prout ipsi Petrus et Valentinus verissime perceperunt, nobilis domina Sophia nuncupata, filia condam Andree filii Luce de iamdicta Tholdalak directam et equalem medietatem eiusdem possessionis Tholdalak vocate, ipsam dominam Sophiam iure hereditario concernentem, in comitatu Thordensi existentis habitam, item totalem piscinam intra metas eiusdem possessionis Tholdalak infra montem Dobocz adiacentem claustro Zenthkyral vocato et fratribus heremitarum ordinis sancti Pauli primi heremite in eodem claustro degentibus perpetuo testamentaliter legavisset in preiudicium prelibatorum Petri et aliorum prescriptorum valde magnum. Qua protestatione facta memorati Petrus et Valentinus in ipsorum et aliorum dictorum nominibus annotatam dominam Sophiam et alios quoslibet ab huiusmodi minus iusta<sup>2)</sup> et indebita legatione directe et equalis medietatis prelibate possessionis Tholdalak, nec non totalis piscine prescripte, pretactos vero fratres heremitarum ab usurpatione et appropriatione, seque in dominium earundem intromissione easdemque sibipsis statui et perpetui factione, usuum et fructuum et quarumlibet utilitatum earundem perceptione seu percipi factione quomodolibet factis vel fiendis prohibuerunt lege regni requirente coram nobis testimonio presentium mediante. Datum feria tertia proxima ante festum beati Urbani pape et martyris, anno Domini Millesimo quadringentesimo octoagesimo quinto.

1485.  
máj.  
24.

### 93.

1492. nov. 3.

*A kolosmonostori convent előtt özvegy Altemberger Tamásné Vizaknai Affra asszony, özvegy farnasi Veres Benedekné Ilona asszonyt a néhai Bogáthi Imre és László*

<sup>2)</sup> minus iniusta a fogalmazványban.

*mikesi és szelistyei részbirtokainak elidegenítésétől, Báthori István erdélyi vajdát és a szentkirályi pálosokat pedig azoknak elfogadásától tiltja.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36398. (Kolosm. Prot. minus M. fol. 31.)*

Memorie commendamus, quod Paulus litteratus in possessione Bogath commorans nostram veniens in presentiam in personis nobilium domine Affre, relicte condam magistri Thome Althomberger magistri civium civitatis Cibiniensis, filie vero olim Nicolai iunioris de Wyz Akna, nec non Katherine filie et Stephani filii eiusdem domine Affre, item<sup>1)</sup> nobilem dominam Elena vocatam, relictam condam Benedicti Veres de Famas a venditione perpetuali, impignoratione, testamentalique legatione seu quavis alienatione totalium portionum possessionariarum prenobilium condam Emerici de Bogath et Ladislai de eadem fratris carnalis eiusdem in possessionibus Mykes et Zelesthye vocatis, in comitatu Thordensi existentibus habitarum, item magnificum dominum comitem Stephanum de Bathor vayvodam Transsilvanum etc, nec non religiosos fratres heremitas in claustro beate Marie virginis in Zenthkyral fundato degentes et alios quoslibet ab emptione, testamentalique legatione, receptione, nec non occupatione, detentione et conservatione, seque ipsos in dominium earundem quovis colore quesito intromissione et statui factione, usuumque fructuum et quarumlibet utilitatum ipsarum perceptione seu percipi factione quomodolibet factis vel fiendis publice et manifeste prohibuit lege et consuetudine regni requirentibus coram nobis vigore et testimonio presentium mediante. Datum sabbato proximo ante festum beati Emerici ducis, anno Domini etc. nonagesimo secundo.

1492.  
nov.  
3.

<sup>1)</sup> Felesleges.

94.

1492. dec. 12.

*Az offenbányaiak, — kiket a nemesség és székelység követeik útján megfenyegettek, hogy ha Kende Miklóst és Lupsai Lászlót mindkét Lupsa birtokába be nem eresztik, a várost felégetik, a lakosságot pedig kiirtják, — nevezett Kende Miklóst és társát a kolosmonostori convent előtt a két falu bitorlásától tiltják.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36398. (Kolosm. Prot. minus M. fol. 46.)*

Memorie commendamus, quod circumspectus Benedictus litteratus concivis oppidi de Offonbanya personliter nostram veniens in presentiam in sua ac prudentum et circumspectorum iudicis et iuratorum civium et totius communitatis eiusdem oppidi Offonbanya in personis per modum protestationis et inhibitionis nobis significare curavit in hunc modum, quomodo in anno, cuius iam secunda preterisset revolutio annualis, statim videlicet post mortem et decessum condam serenissimi principis domini Mathie dei gratia Hungarie etc. regis felicitis reminiscencie universi nobiles et siculi partium regni Transsilvanarum duos videlicet ex nobilibus, et alios duos ex siculis nuntios scilicet ipsorum ad prudentem et circumspectum magistrum Thomam Althemberger, magistrum civium civitatis Cibiniensis misissent et destinassent, nunctiassentque eidem, quod si iudex et iurati cives predicti oppidi Offonbanya nobiles Nicolaum Kende et Ladislaum de Lwpsa in dominium totalium possessionum utriusque<sup>1)</sup> Lwpsa non intromitterent vel intromitti facere nollent, extunc ipsi per singula capita insurgerent totumque oppidum Offonbanya igne comburrerent, nec non eosdem cives una cum uxoribus, filiis et filiabus ipsorum interimere vellent. Qui quidem magister Thomas Althemberger magister civium Cibiniensium perterritus pre timore ipsorum nobilium et

<sup>1)</sup> utraque a fogalmazványban.

siculorum, cum eisdem taliter concordasset, ut prefati nobiles Nicolaus Kende et Ladislaus ad possessiones predictas utra(m)que Lwpsa usque adventum magnifici domini comitis Stephani de Bathor iudicis curie regni vayvodeque Transsilvani etc. pacifice intrarent, ibique mansionem secundum quod moris est, protraherent; ipsoque termino adveniente ac intrante prelibato domino comite Stephano de Bathor vayvode etc, annotati iudex et iurati cives oppidi Offombanya quosdam ex ipsis concivibus suis ad prefatum dominum comitem Stephanum de Bathor vayvodam cum litteris compositionalibus egregii Stephani de Thelegd vicevayvode misissent et destinassent, idemque dominus comes Stephanus de Bathor vayvoda visis et perlectis dictis litteris compositionalibus, partibus predictis unum certum et brevem terminum, quem ipse maluisset, per se ad se vocare assumpsisset, inter ipsasque partes meram iustitiam iustitieque complementum amministrare spondisset. Quiquidem dominus comes Stephanus de Bathor vayvoda nescitur quibus respectibus eisdem iudicem et iuratos cives de predicto oppido Offombanya minime ad se vocare vel venire fecisset, prefatique nobiles Nicolaus et Ladislaus prescriptas possessiones ipsorum utra(m)que Lwpsa in comitatu Thordensi existentes et habitas simul cum omnibus earundem utilitatibus et proventibus quibuslibet hucusque usi fuissent uterenturque etiam de presenti potentia ipsorum mediante in preiudicium et dampnum dictorum iudicis et iuratorum civium, totiusque communitatis predicti oppidi Offombanya valdemagnum. Factaque huiusmodi protestatione prelibatos nobiles Nicolaum Kende et Ladislaum ab ulteriori detentione et conservatione, fruitioneque prescriptarum possessionum utriusque<sup>2)</sup> Lwpsa, seque ipsos in dominium earundem quovis alio colore quesito intrusione et statui factione, usuumque fructuum et quarumlibet utilitatum ipsarum perceptione seu percipi factione quomodolibet factis vel fiendis publice et manifeste pro-

<sup>2)</sup> utraque *ugyanott*.



hibuit lege et consuetudine regni requirentibus coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria quarta proxima ante festum beate Lucie virginis, anno Domini etc. nonagesimo secundo.

1492.  
dec.  
12.

## 95.

1493. ápr. 28. Hihalom.

*Losonczi László erdélyi vajda és székely ispán Piski György és Szilágyszéki Pál görgényi porkoláboknak és marosszéki alispánoknak, valamint Maros szék tisztségének meghagyja, hogy Székelyvásárhely és Szereda mezővárosokat kiváltságaikban és szabadalmaikban tartsák meg.*

Eredetije papíron, aljára nyomott kerek zöld pecsét nyomaival, birtokomban.

Ladislaus de Lossonch wayvoda Transsilvanus et comes sicularum etc. Egregiis Georgio Pisky et Paulo de Sylagsek castellanis castri Gergen et vicecomitibus nostris sicularum sedis Maros, item universis etiam capitaneis, belliductoribus, senioribus, assessoribus, < iudicibus terrestribus > <sup>1)</sup> ac potioribus et maioris natu siculis<sup>2)</sup> in eadem sede Maros constitutis et existentibus, fratribus et amicis nostris carissimis salutem cum favore. Cum nos ad instar predecessorum nostrorum wayvodarum et comitum sicularum singulos ac cunctos siculos in suis antiquis libertatibus et consuetudinibus tenere et conservare volumus et desideramus, similiter et oppida Zekelwasarhel et Zereda nuncupata<sup>3)</sup> in dictis antiquis libertatibus et iustis consuetudinibus eorum,<sup>4)</sup> eisdem per divos reges concessis et donatis modis omnibus observamus et observari per nostros quospiam subditos affectamus, presertim

<sup>1)</sup> Sorközi betoldás.

<sup>2)</sup> sicularum *az eredetiben.*

<sup>3)</sup> nuncupatas *ugyanott.*

<sup>4)</sup> earum *u. o.*

ab omnibus extraordinariis et iniustis exercituationibus, seu stipendiariorum emissione et conservatione tam partialium quam videlicet generalium<sup>5)</sup> exercituationum penitus et per omnia eadem<sup>6)</sup> et eosdem eximimus et supportamus. Quocirca vobis<sup>7)</sup> universis prefatis castellanis de Gergen et vicecomitibus nostris siculorum, ac belliductoribus, senioribus, assessoribus, iudicibus terrestribus<sup>8)</sup> ac maioris natu siculis<sup>9)</sup> .....<sup>10)</sup> in dicta sede Maros existentibus regia in persona firmissime precipiendo mandamus, quatinus habita presentium notitia predicta duo oppida seu civitates Wasarhel et Zereda in dictis antiquis consuetudinibus et libertatibus et exemptionibus<sup>11)</sup> earundem a quorumcunque exercituatione et stipendiariorum electione et transmissione fovere, protegere et conservare velitis et teneamini et per vestros teneri iubeatis. Secus facere nullo modo<sup>11)</sup> presumatis. Datum in Hyhalom, die dominica proxima<sup>13)</sup> post festum beati Marci euangeliste anno Domini etc. LXXXX<sup>mo</sup> tertio.

1493  
ápr.  
28.

## 96.

1493. nov. 25. Lőrincfalva.

*Özvegy Bolyai Pongrácné Anna asszony Lőrincz falván Nagyerdő nevű erdejét a meghívott nyárádtői és keresztúri lakosok jelenlétében a lőrinczfalviaknak zálogba veti.*

*Átirata* Magyi Pál alországbíró és erd. alvajda 1502. jan. 24., és vingárti Geréb Péter nádor 1502. márc. 2. okl., a gróf Teleki-cs. mvásárhelyi lt., *Tancsi Földváry*-iratok LX. 21., illetve LXXVIII. 3/b.

<sup>5)</sup> generalis u. o.

<sup>6)</sup> eadem u. o.

<sup>7)</sup> Sorközi betoldás.

<sup>8)</sup> terrestris az eredetiben.

<sup>9)</sup> siculorum ugyanott.

<sup>10)</sup> 25 mm. részben olvashatatlan szó.

<sup>11)</sup> exemptionibus az eredetiben.

<sup>12)</sup> facere innen törölve.

<sup>13)</sup> ante innen törölve.

Nos nobilis domina Anna relicta condam Pangraci Boliay<sup>1)</sup> memorie commendamus tenore presentium quibus expedit universis, presentibus videlicet et futuris, quomodo simul cum filio nostro Francisco de Hosiwazo<sup>2)</sup> ac cum aliis filiis pari voluntate coram circumspectis et providis viris utriusque sexus hominibus, videlicet Paulo Gado, Anthonio Kelemen, Paulo Hoczay,<sup>3)</sup> Blasio Zabo in Nyradthee<sup>4)</sup> (*így!*) existentibus, Jacobo Bozedy<sup>5)</sup> de Kerezthwr<sup>6)</sup> ad hec specialiter vocatis et ordinatis, quandam silvam nostram in possessione Lewrynczfalwa sitam et habitam Nyagy (*így!*) erde vocatam simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis, videlicet pratis, fenilibus ac nemoribus, aliisque utilitatibus ad eandem silvam ab antiquo spectantibus et pertinentibus circumspectis et providis viris, universisque hospitibus in prefata Lewrynczfalwa constitutis et existentibus impignoravimus florenis quadraginta septem puri auri moneteque Hungarie veri et iusti ponderis, imo dedimus et impignoravimus<sup>7)</sup> usque tempus redemptionis tenendam, possidendam pariter et habendam; tali vinculo, quod nemo alter pre-nominatam silvam redimere possit, nisi iidem prefati filii aut heredes nostri ad nos pertinentes cum prompta pecunia et non cum aliis rebus mobilibus, harum nostrarum litterarum vigore, testimonio eisdem duximus concedendam. Datum in prefata Lewrynczfalwa, in die Katherine virginis, tempore magnifici Bartholomei Dragffy, nec non Ladislai de Losoncz wayvodarum Transsilvanensium, anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio.

1493.  
nov.  
25.

<sup>1)</sup> Ballyay a *Geréb-féle átiratban.*

<sup>2)</sup> Hozywazo *ugyanott.*

<sup>3)</sup> Hoczay *u. o.*

<sup>4)</sup> Nyaradtew *u. o.*

<sup>5)</sup> Bazedy *u. o.*

<sup>6)</sup> Kerezthwr *u. o.*

<sup>7)</sup> impignoramus *u. o.*

97.

1494. okt. 13.

*A kolosmonostori convent előtt egyfelől Szentannai Tóth István fiai, Miklós, Balázs, Ferenc, Lőrinc, másfelől nagymihályi Nagy Albert a neje, Zsófia asszony képében és ennek Gyulakuthi Balázstól született fiai, Miklós és Ferenc a nevezett Balázs megöletése felett indított per elhalasztása iránt egyességet kötnek.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36398. (Kolosm. Prot. minus M. fol. 89.)*

Memorie commendamus, quod nobiles Nicolaus, Blasius, Franciscus et Laurentius filii condam Stephani Thoth de Zenth Anna ab una, parte vero ex alia Albertus Magnus<sup>1)</sup> de Nagh Myhaly pro nobili domina Sophia<sup>2)</sup> vocata, alias relictam condam Blasii de Gywlakwtha, nunc vero consorte eiusdem sine litteris procuratoriis, nec non Nicolaus filius dicti condam Blasii Gywlakwthy modo simili personaliter, idem etiam Nicolaus onus et gravamen Francisci fratris carnalis eiusdem, si in infrascriptis persistere nollet, per omnia in seipsum recipiendo coram nobis constituti sunt confessi in hunc modum, quod quamvis prefati nobilis domina Sophia, nec non Nicolaus et Franciscus filii eiusdem prelibatos Nicolaum, Blasium, Franciscum et Laurentium Thoth dictos de Zenth Anna ratione et pretextu necis seu mortis ac interemptionis prefati condam Blasii Gywlakwthy domini et mariti dicte domine Sophie, patris utputa prefatorum Nicolai et Francisci contra se in presentiam magnifici domini Bartholomei Dragfy de Belthewk vayvode Transsilvani etc. traxerunt in causam; prescripta vero causa cum tota serie ad iudicationem prefati domini vayvode et regnicolarum dictarum partium regni Transsilvanarum per prelibatos dominam Sophiam et filios eiusdem predictos in curiam

<sup>1—2)</sup> Polyák Albert is, Zsófia asszony pedig a Györgyfalvi Pál leánya. — Orsz. lt. MODL. 36398. fol. 124.

regiam, personalem scilicet in presentiam transmissionaliter ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc proxime venturas deducta extiterit, sed tamen ipsi ordinativam compositionem plurimorum proborum et nobilium virorum ac ipsarum ambarum partium voluntate ad futuras octavas festi Epiphaniarum Domini, si eedem celebrabuntur, ubi vero non celebrarentur, extunc ad octavas quamprimum celebrandas eedem ambe partes prorogasset prorogaruntque nostri in presentia eo modo, quod si qua partium predictarum in dictis octavis quamprimum celebrandis non compareret, extunc talis pars contra partem alteram in amissione capitum, rerumque et bonorum quorumlibet, nec non in actione et acquisitione eiusdem convinceretur et convinci deberet ipso facto. Ubi vero aliqua pars predictarum ad dictas octavas festi beati Michaelis archangeli, ad quas scilicet prescripta causa per prelibatos dominam Sophiam, nec non Nicolaum et Franciscum filios eiusdem in curiam regiam, personalem scilicet in presentiam transmissionaliter deducta fuerat, compareret et aliam partem quovis colore quesito aggravare vel dampnificare pretenderet, extunc talis pars contra partem alteram modo simili in amissione capitum, rerumque et bonorum quorumlibet ac in actione et acquisitione eiusdem convinceretur et convicta permaneret eo facto. Ad que premissa partes prenotate (se) sponte obligarunt coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria secunda proxima ante festum beati Galli confessoris, anno Domini etc. nonagesimo quarto.

okt.  
6.  
(1495.)  
jan.  
13.

okt.  
6.

1494.  
okt.  
13.

**98.**

1494. nov. 24. Bács.

*Drágfy Bertalan erdélyi vajda Dobai Györgynek és a törcsvári porkoláboknak, Cseréni Pálnak és Lovagházi Györgynek meghagyja, hogy hidvégi Nemes Mihályt birtokaiban és kiváltságaiiban védelmezzék.*

*Eredetije* papíron, alján papírral fedett ép gyűrűspeccséttel az Erd. Múzeum lt., *Báró Kemény* lt. lajstromozatlan.  
Regestája *Tört. Tár* 1907. 104.

Bartholomeus Dragfy de Belthewk waywoda Transsilvanus et comes siculorum etc. Egregiis Georgio de Doba in partibus Transsilvanis nostra in persona deputato, nec non Paulo de Cheren et Georgio de Lowaghaza comitibus nostris in castro Thewrch constitutis salutem et favorem. Venit ad nos nobilis Michael Nemes filius condam Valentini de Hydwegh et exhibuit nobis litteras suas autenticas et privilegiales super prerogativa sua gratia; quas quidem litteras mere et sincere veritatis titulo prepollere una cum aliis dominis et fratribus nostris manifeste conspeximus, quibus intellectis nolumus, ut ipse exponens iuribus suis destituatur, quin potius ut ipse exponens iuribus et gratiis suis prerogativis uti et frui ac pariter etiam eisdem congaudere valeat. Volumus idcirca et nichilominus vobis firmissime committimus et mandamus, quatinus agnitis presentibus ipsum Michaellem Nemes in universis bonis suis et possessionibus ac libertatibus suis prerogativis iuxta contenta privilegiorum suorum contra quosvis impetitores, causidicos et actores, presertim usque felicem introitum nostrum tueri, protegere et manutenere nostra in persona debeat et teneamini. Nos tandem in felici reditu nostro ad partes illas omnibus contra eum agentibus iudicium, iustitiam et tandem etiam debite satisfactionis complementum ex parte ipsius Michaelis Nemes exhibebimus, dictante iuris equitate. Et secus in hoc nulla ratione facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum Bachye, secundo die festi beati Clementis pape anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto.

1494.  
nov.  
24.

Commissio propria domini  
waywode.

99.

1495. ápr. 6.

*A kolosmonostori convent előtt szentannai Tóth Miklós és Balázs az elzálogosított seredeni, szentkeresztfalvi és benefalvi részbirtokok visszaszerzése iránt egyes-ségre lépnek.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36398. (Kolosm. Prot. minus M. fol. 106.)*

Memorie commendamus, quod nobiles Nicolaus Thoth de Zenth Anna ab una, parte vero ex alia Blasius similiter Thoth frater carnalis eiusdem de eadem Zent Anna coram nobis personaliter constituti sponte et libere sunt confessi in hunc modum, quomodo illas totales portiones possessionarias in possessionibus Sereden et Zenthkerestfalwa vocatis, in comitatu de Crazna existentibus habitas, quas ipsi una cum nobilibus Francisco et Laurentio Thoth dictis fratribus eorundem carnalibus pro quibusdam ipsorum necessitatibus relevandis egregio Martino Zele de Keczel pro certa summa florenorum auri impignoratas dum et quando prefatus Blasius Thoth ad se redimere maluerit, extunc mox prelibatus Nicolaus Thoth directam quartam partem dicte summe florenorum auri eidem Blasio reddere et persolvere deberet et teneretur. Item similiter illas portiones possessionarias in possessione Benefalwa vocata in sede Maros existentes et adiacentes, quas prelibatus Blasius Thoth et alii fratres eiusdem prenominati similiter pro quibusdam ipsorum necessitatibus et defectibus relevandis prelibato Nicolao Thoth pro centum florenis auri impignoratas dum et quando prefati Blasius, Franciscus et Laurentius Thoth dicti a prefato Nicolao Thoth ad se ipsos redimere voluerint, extunc mox prefatus Blasius Thoth directam tertiam partem prescriptorum centum florenorum auri prefato Nicolao Thoth motio simili reddere et persolvere deberet et teneretur. Ad que premissa partes prenotate personalibus eorundem astantiis se sponte et libere ob-

1495. ápr. 6.  
ligarunt coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria secunda proxima post dominicam Judica, anno Domini etc. nonagesimo quinto.

## 100.

1495. ápr. 6

*A kolosmonostori convent előtt Szentannai Tóth Miklós és Balázs petenyeházi, szentkeresztfalvi és serezeni, illetve dombi, tuzsoni, dátosi, gerebenesi, sályi, benefalvi és szabadi részbirtokaikat és a székelvásárhelyi malombeli részeit elcserélik.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36398. (Kolosm. Prot. minus M. fol. 106.)*

Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nobiles Nicolaus Thoth de Zenth Anna ab una, parte vero ex alia Blasius similiter Thoth frater carnalis dicti Nicolai de eadem Zenth Anna coram nobis personaliter constituti sponte et libere sunt confessi in hunc modum, quomodo ipsi animo deliberato maturoque consilio inter se prehabitis in quibusdam portionibus ipsorum possessionariis, < nec non siculiatu ><sup>1)</sup> et portionibus molendinorum infranominatorum talem inter se fecissent concambialem permutationem perpetuo duraturam, quod primo prefatus Nicolaus Thoth totales portiones suas possessionarias in possessionibus Pethenehaza, Zenthkeresztfalwa et Serezen vocatis in comitatu de Crazna, nec non totalem portionem molendinariam in molendino intra metas oppidi Zekelwasarhel in fluvio Maros decurrente in sede Maros adjacenti simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, rubetis et generaliter cunctis utilitatibus quovis nominis vocabula

<sup>1)</sup> Kitörölve.



vocitatis de iure et ab antiquo ad dictas portiones possessionarias et portionem molendini spectantibus et pertinere debentibus prelibato Blasio Thoth dedisset, tradidisset et concambialiter permutasset. Econverso vero prefatus Blasius Thoth modo simili totales portiones suas possessionarias in possessionibus Thomb, Thwson in Kolos, nec non Dathos, Gerebencs et Saly in Thordensi comitatibus ac Benefalwa et Zabad in sede Maros existentibus et adiacentes simul cum portione molendinaria in terra Thothzeg nominata in fluvio Maros decurrente modo simili cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, rubetis et generaliter cunctis utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis de iure et ab antiquo ad dictas portiones possessionarias ac portionem molendinariam spectantibus et pertinere debentibus, quas scilicet portiones possessionarias ipsi ad presens possiderent vel quas littere ipsorum privilegiales specificarent aut denotarent aut quocunque iure ipsos concernerent, modo simili dedisset, tradidisset et concambialiter permutasset, immo alter alteri dederunt et concambialiter permutaverunt in filios filiorum heredumque per heredes universos iure perpetuo et irrevocabiliter utendas, tenendas, possidendas pariter et habendas; hoc tamen specificato, quod si prelibatus Nicolaus Thoth in processu temporum in terra Cheke vocata in fine oppidi Zekelwasarhel in fluvio Maros nuncupato ubi maluerit, molendinum pro se edificare et edificari facere liberam haberet potestatis facultatem; assumptentes nichilominus prelibati Nicolaus et Blasius Thoth dicti se se mutuo in pacifico dominio pretactarum portionum possessionariarum ac portionum molendinariarum, utilitatumque earundem contra quoslibet causidicos, impeditores et actores propriis ipsorum laboribus et expensis conservare harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria secunda proxima post dominicam Judica, anno Domini etc. nonagesimo quinto.

1495.  
ápr.  
6.

## 101.

1495. máj. 8.

*A kolosmonostori convent előtt özvegy szentmártoni Jánosy Györgyné Szentkirályi Margit asszony dátosi, iklandi, kapusi, gerebenesi, sályi, szentmártoni, némai, kishyulási, pinári, méhesi, velkéri és aranykuti részbirtokait és egész székelységet háromszáz arany forintért szentkirályi Csányi Lőrincnek és Lázárnak örökbe vallja.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36398. (Kolosm. Prot. minus M. fol. 113.)*

Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nobilis domina Margaretha vocata, relictā condā Georgii Janosy de Zenth Marthon, filia vero olim Semmyen dicti de Zenthkyral personaliter coram nobis constituta sponte et libere est confessa in hunc modum, quomodo ipsa animo deliberato maturoque consilio intra se prehabito totales portiones suas possessionarias in possessionibus Dathos, Ikland, Kapus, Gerebenes, Saly, Zenth Marthon, Nema, Kys Nywlas et Pynar in Thordensi, nec non Mehes, Velker et Arankwth in de Colos comitatibus existentibus habitas, item similiter totale siculiatum suum in terra Siculia ubilibet et in qualibet sede existens, quod vel que ab avo et prefato Semmyen patre eiusdem in ipsam condescensa esset, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, nemoribus, silvis, rubetis, aquis, fluviis, piscinarias, nec non totale siculiatum spectantibus et pertinere utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, de iure et ab antiquo ad dictas portiones possessionarias, nec non totale siculiatum spectantibus et pertinere debentibus nobilibus Laurentio et Lazaro Chany de Zenthkyral pro trecentis florenis auri puri hungaricalibus boni, veri et iusti ponderis, plene ut dixit ab eisdem habitis et levatis dedisset, vendidisset et ascripsisset, immo dedit, vendidit et ascripsit eisdem, eorundemque heredi-

bus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter utendas, tenendas, possidendas pariter et habendum, nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem sibipsi eiusdemque heredibus et posteritatibus reservando, sed totum et omne ius et dominii proprietatem in prefatos Laurentium et Lazarum Chany ipsorumque heredes et posteritates universos transferendo; assumptens nichilominus prefata domina Margaretha annotatos Laurentium et Lazarum Chany, heredesque et posteritates eorundem in pacifico dominio prescriptarum portionum possessionariarum, et sicutatus<sup>1)</sup> utilitatumque earundem contra quoslibet causidicos, impetitores et actores propriis suis laboribus ex expensis conservare; promittentesque prelibati Laurentius et Lazarus nostra in presentia eo modo, quod prefatam dominam Margaretham vita sua comite cum omni victu et amictu tenere et conservare, post mortem vero eiusdem iidem Laurentius et Lazarus ipsam dominam Margaretham cum decenti honore tumulare atque sepelire harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria sexta proxima post festum beati Johannis ante portam Latinam, anno Domini etc. nonagesimo quinto.

1495.  
máj.  
8.

## 102.

1495. máj. 30.

*A kolosmonostori convent előtt bodoki Czirjék Antalné Szentgyörgyi Mártha asszony kereszteri és szentmártoni részbirtokait és Libáncs pusztabeli részét, valamint székelyföldi örökségeit hatszáz arany forintért szentannai Tóth Miklósnak és nejének előörökíti.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36398. (Kolosm Prot. minus M. fol. 115.)*

Memorie commendamus tenore presentium significantes<sup>2)</sup> quibus expedit universis, quod nobilis domina

<sup>1)</sup> sicutatus a *fogalmazványban*.

<sup>2)</sup> significantus a *fogalmazványban*.

Martha vocata, consors Anthonii Chyryek de Bodog, filia vero condam Blasii de Zenthgyerg personaliter, onera vero et quelibet gravamina puelle Juliane filie sue cunctorumque aliorum fratrum, proximorum et consanguineorum suorum, si in infrascriptis persistere nollent, per omnia in se ipsam recipiendo coram nobis constituta sponte et libere est confessa in hunc modum, quomodo ipsa animo deliberato maturoque consilio intra se prehabito totales portiones suas possessionarias in possessionibus Kerezthwr et Zenth Marthon et predii Lybanth vocatas,<sup>3)</sup> in comitatu Thordensi existentes<sup>4)</sup> habitas, item totale siculiatum suum ubilibet et in quibuscunque villis et possessionibus in terra Siculia habitum et existens, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibilibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, nemoribus, silvis, rubetis, aquis, fluviis, molendinis, vineis et generaliter cunctis utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis de iure et ab antiquo ad dictas portiones possessionarias nec non siculiatum predictum spectantibus et pertinere debentibus nobili Nicolao Thoth de Zenth Anna et domine Anne consorti eiusdem, sorori videlicet carnali prefate domine Marthe pro sexingentis florenis auri puri hungaricalibus boni, veri et iusti ponderis, plene ut dixit ab eisdem habitis et levatis dedisset, tradidisset, vendidissetque et ascripsisset, immo dedit, tradidit, vendiditque et ascripsit eisdem eorundemque heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter utendas, tenendas, possidendas pariter et habendum, nullum ius nullamve iuris et domini proprietatem sibipsi ac suis heredibus et posteritatibus reservando, sed totum et omne ius et domini proprietatem in prefatos Nicolaum Thoth et dominam Annam consortem eiusdem, ipsorumque heredes et posteritates universos transferendo, assumptens nichilominus prefata domina Martha annotatos Nicolaum Thoth et dominam Annam

<sup>3)</sup> vocatis *helyesen*.

<sup>4)</sup> existentibus *helyesen*.

consortem eiusdem, ipsorumque heredes et posteritates universos in pacifico dominio prescriptarum portionum possessionariarum, nec non siculiatu(s), earundemque utilitatum contra quoslibet causidicos, impetitores et actores propriis suis laboribus et expensis conservare. In cuius rei memoriam etc. Datum sabbato proximo post festum beati Urbani pape, anno Domini etc. nonagesimo quinto.

1495.  
máj.  
30.

### 103.

1495. szept. 25.

*Bertalan nagyboldogasszonyi plébános csíki és gyergyai alesperes írásba foglalja azt az egyességet, melyet egyfelől jenőfalvi Kézműves György, Miklós Kelemen és Tamási János felperesek, másfelől ugyancsak jenőfalvi Kajtár Miklós, Barlok György, Gegő Ágoston, Gálfi Demeter és Bereczk fia István alperesek között, az Olt vizén levő malmaik ügyében folyt perben Lázár András és Balázs, s Blasko János és Imre megállapítottak s a Nemen Ked néven nevezett Csik széki tisztség előtte megvallott.*

Eredetije hártján, ennek behajtásaiban itt-ott alig olvasható írással, alján pecsét nyomaival a gyulafehérvári kápt. It., *Cista capit.* nr. 346.

*Benkő K.*, Csik Gyergyó és Kászon multja II. Rész 39., egy 1726. jún. 2-án Nagyboldogasszonyon készült hibás és hiányos másolatról és utána *Szabó K.*, Székely Oklevéltár I. 286.

Az oklevélnek a korábbi kiadásokból ismeretes szövegéhez fűzött megjegyzést l. a „Függelék”-ben.

Nos Bartolomeus plebanus de Nagybodogazzon, vice-archidiaconus sedisz (*így!*) Chyk et Gyergyó salutem et mutuam in Domino charitatem. Significamus tenore presentium litterarum nostrarum, quod circa annum Domini Millesimum quadringentesimum nonagesimum quintum feria sexta ante festum beati Michaelis archangli (*így!*) primipuli et iudices ac capitanei<sup>1)</sup> sedis Chyk, videlicet agilis vir Matheus Fejjer de Borsoua et agilis Abram de

1495.  
szept.  
25.

<sup>1)</sup> de innen kitörölve.

Delne, Joannes Ranchy, Vincentius de Delne, Anthonius Miclosy, Paulus Domochus, Georgius Ranchy, Thomas Abramfy, Demetrius Bartha, Blasius Kary de Senth Miclos, qui dicuntur secundum consuetudinem regni in vulgo Nemen Ked, venerunt in presentiam nostram fassique sunt per hunc modum, quod ipsi missi sunt per egregios dominos videlicet Andream Lazar, Blasium similiter Lazar, Joannem et Emricum (*így!*) Blasko, quomodo ipsi quandam<sup>2)</sup> causam, que ventilabatur seu vertebatur inter agiles viros Georgium Fabrum et Clementem Miclos et Joannem Thamassi de Jenofalwa cum ceteris fratribus et sociis ab una ut actores, ab altera vero ut in causam < attractos Nicolaum Caytar, Georgium Barlok, Augustinum Gego, Demetrium Galfy, Stephanum ><sup>3)</sup> Briccii similiter in J[eno]falwa commorantes; tandem ipsi Nicolaus Kaytar cum suis (!) sociis con[questi sunt] (!)<sup>4)</sup> ex parte molendinorum per fluvium Olht existentium, super quo habuerant litteras patrum suorum, et ipsi egregii<sup>5)</sup> domini prescripti Andreas et Blasius Lazar ac Joannes et Emricus (*így!*) Blasco fecerunt talem concordiam inter ambas partes: ex quo ipsi prescripti Nicolaus Caytar et Georgius Barlok cum eorum sociis habuerunt litteras super iura eorum, determinarunt, ut ipsi ad molendinum Georgii Fabri per tres labes vel foramen vulgo dicitur Clan furu mittant aquam < ad molendinum Georgii Fabri ><sup>6)</sup> neque ultra et ipsi (in causam)<sup>7)</sup> attracti liberum habeant arbitrium ducendi aquam ad eorum molendina usque ad sufficientiam omni tempore. Et tempore siccitatis posuerunt in medio aque unum palum, quod perforatum est, ne et isti in causam attracti ultra predictam metam fluvium obtumescere presumant partium sibi adversantium, sed

<sup>2)</sup> quendam *az eredetiben*.

<sup>3)</sup> attracti Nicolaus Caytar, Georgius Barlok, Augustinus Gego, Demetrius Galfy, Stephanus *az eredetiben*.

<sup>4)</sup> Elmosódva, alig olvasható.

<sup>5)</sup> egregii *ugyanott*.

<sup>6)</sup> Felesleges ismétlés.

<sup>7)</sup> Kimaradt.

quoad profundum liberam habeant (facultatem)<sup>8)</sup> fodendi, ita tamen, quod quandocunque aque inundarent aut per glacies tumescerent ex naturalibus motibus, extunc actores patienter tollerare debeant et teneantur; tali tamen conditione inter ipsas partes imposita, quod si quis partium hanc dispositionem inter ipsas partes factam infringeret, mox in patvariam incidi deberet. Hec coram nobis prescripti primipuli vulgo Nemen Ked conscientiose fassi sunt, ut ipsi quatuor egregii viri Andreas Lazar cum ceteris egregiis dominis determinarunt. In cuius rei testimonium dedimus litteras sigillo nostro archidiaconatus signatas vel roboratas, anno et die prescripta etc.

## 104.

1495. dec. 26.

*Az erdélyi káptalan előtt hidvégi Nemes Mihály Ulászló királyt a zálog címen Nemes Miklós reá néző hidvégi részbirtokának eladományozásától, Drágfy Bertalan erdélyi vajdát és bárki mást annak felkérésétől és elfoglalásától tiltja.*

*Eredetije* papíron, hátán pecsét nyomaival, *Török* Bertalan hagyatékából az Erd. Múzeum lt.

Nos capitulum ecclesie Albensis Transsilvane. Memorie commendamus, quod nobilis Michael Nemes de Hydweg nostram personaliter veniens in presentiam sua ac similiter Michaelis sui et Johannis Nicolai Nemes de eadem Hydweg fratris sui filiorum in personis serenissimum principem, dominum Wladislaum dei gratia regem Hungarie etc, dominum nostrum gratiosissimum a donatione, datione et collatione, magnificum vero dominum Bartholomeum Dragfy de Belthewk wayvodam Transsilvanum etc. et alios quoslibet ab impetratione et obtentione, item occupatione, tentione, habitione, conserva-

<sup>8)</sup> Valószínűleg ez a szó maradt ki.

1495.  
dec.  
26.

tionem, directionem et quavis usurpationem totalis portionis possessionarie eiusdem Nicolai Nemes in prefata possessione Hydweg, in comitatu Albensi existenti habite, ipsum Michaellem Nemes et filium eius similiter Michaellem titulo pignoris concernentis, seque quovis quesito colore in dominium eiusdem intromissione ac ipsius sibipsis appropriatione, statui factione et perpetuatione, usufructuum et quarumlibet utilitatum eiusdem perceptione seu percipi factione quomodolibet factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in festo beati Stephani protomartyris, anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto.

## 105.

1496. jan. 20.

*A kolosmonostori convent előtt apanagyfalvi Apafy Lénártné Dorottya asszony nagyobb (?) lófőségét egy másik lófőséggel, valamint kisszőlősi részbirtokát s a Nyárád vizén járó malmokbeli részeit ezer arany forintért férjének zálogba veti.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36398. (Kolosm. Prot. minus M. fol. 125.) — V. ö. Szabó K., Székely Okl. III. 126.*

Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nobilis domina Dorothea vocata, consors egregii Leonardi Apafy de Apa Naghfalwa ab una, parte vero ex altera prefatus Leonardus Apafy coram nobis personaliter constituti, prelibata domina Dorothea spontanea sua voluntate est confessa in hunc modum, quomodo ipsa animo deliberato maturoque consilio intra se prehabito totale siculiatum suum maius et aliud siculiatum in vulgari Lofew nominatum in sede Maros existentia, tam aviticum quam acquisitum, nec non totalem portionem suam possessionariam in posses-



sione Kyszewlews vocata, in comitatu de Kykellew existenti habitam, nec non < quibusdam molendinis in fluvio Nyarad decurrentibus > ,<sup>1)</sup> simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, nemoribus, silvis, rubetis, pascuis, fenetis, piscaturis, vineis vinearumque promontoriis et generaliter cunctis utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, de iure et ab antiquo ad easdem spectantibus et pertinere debentibus prelibato Leonardo Apafy domino et marito eiusdem pro mille florenis auri puri hungaricalibus, boni, veri et iusti ponderis pignori obligasset, immo obligavit et impigneravit nostri in presentia eo modo, ut dum et quodcumque fratres et consanguinei prefate domine Dorothee easdem a prefato Leonardo Apafy rehabere vellent, extunc prefatus Leonardus rehabitis prius ab ipsis dictis mille florenis auri suis, omnibus rebus estimabilibus exclusis, easdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet absque omni litigionario processu remittere deberet et resignare. In cuius rei memoriam presentes litteras nostras etc. Datum in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum, anno Domini etc. nonagesimo sexto.

1496.  
jan.  
20.

## 106.

1497. okt. 13.

*A kolosmonostori convent előtt szentbenedeki Marthon Péter és János a meggyilkolt Lőrinc székelyvásárhelyi plébános vérdíja s az egyház és temető meggyalázása díjában kisszóllósi, uraji, petei és méhesi részbirtokaikat, szentbenedeki, vajai és szentmiklósi lófősegeiket és székely örökségeiket Geréb László erdélyi püspöknek vallják.*

*Eredeti fogalmazványa* Orsz. lt. MODL. 36403. (Kolosm. Prot. minus Labore fol. 91.)

<sup>1)</sup> quedam molendina in fluvio Nyarad decurrentia helyesebben.

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonstra. Memorie commendamus, quod nobiles et agiles Petrus et Johannes Marthon de Zenthbenedek onera et quelibet gravamina cunctorum fratrum, proximorum et consanguineorum ipsorum ad infrascripta per omnia in se ipsos assumendo coram nobis personaliter constituti, ministerio vive vocis spontaneaue eorum voluntate confessi exstiterunt in hunc modum, quomodo ipsi totales portiones ipsorum possessionarias nobilitares in possessionibus Kyszelews in de Kykellew, ac Wray et Pethe in Thordensi, nec non Mehevs in de Colos comitatibus existentibus habitas, item etiam alias totales portiones ipsorum possessionarias et hereditates sicaliales, sed et primipilatum in possessionibus Zenthbenedek predicta, ac Waya et Zenthmiclos omnino in sede Maros existentibus adiacentes simul cum domibus et curiis ipsorum tam nobilitaribus quam sicalialibus propriis possessionibus in eisdem habitis, nec nonuniversis rebus et bonis mobilibus, triticis et segetibus, ac equatiebus, pecoribusque et pecudibus ubilibet possessionibus in prefatis habitis et existentibus, universis etiam aliis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, vineis vinearumque promontoriis, molendinis, piscinis, piscaturis, aquis, fluviis aquarumque decursibus et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum earundem, tam ut prefertur nobilitarium quam sicalialium portionum possessionariarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus pro omnimoda solutione et satisfactione homagii honorabilis condam Laurentii plebani oppidi Sekelwazarhel appellati ac violationis parochialis ecclesie et cimiterii eiusdem oppidi per ipsos ac complices et familiares ipsorum infranominandos, utputa Johannem Boros de Zenthgracia, Gallum de Waya, Benedictum Gyedew de Achusfalwa, Blasium Veres de Zereyfalwa, Ladislaum de Nayarthew, Valentinum de Zewerd, Matheum Ban de Zomoss et Mathiam de cadem, Damia-

num Janossy de Folffalwa, Matheum Zykezd de dicta Waya, Stephanum litteratum de prefata Zenthgracia, Paulum similiter Sikezd et Gregorium Nagh de Geyeryen, ceterosque nonnullos familiares eorundem interempti, patraturum quoque et commissorum reverendo domino Ladislao Kereb de Wyngarth episcopo ecclesie Albensis Transsilvane dedissent, tradidissentque et inscripsissent iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas par[iter]<sup>1)</sup> et habendas, nullum ius nullamve iuris et domini proprietatem in eisdem pro se ipsis reservando, sed totum ius in prefatum dominum Ladislaum G[ereb]<sup>2)</sup> episcopum transferendo ac sicque ipsum dominum Ladislaum episcopum super premissis factis facinorosis et nephariis cum his omnibus supradictis hereditatibus ipsorum in eorundem ac dictorum complicitium et familiarium ipsorum nominibus et personis contentum reddidissent, immo dederunt, tradideruntque et inscripserunt modo quo supra coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria sexta proxima ante festum beati Galli confessoris, anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo septimo.

1497.  
okt.  
13.

## 107.

(1497. nov. után, Prága.)

*II. Ulászló tudatja a székyekkel, hogy Drágfy Bertalan lemondását az erdélyi vajdaságról, Csehországból való visszatértéig nem fogadta el. Megparancsolja nekik, hogy tőle hallgassanak és ha szükség, Erdély védelmére akár a törökök, akár más ellenség ellen, szálljanak hadba mellette.\**

Oláh Miklós esztergomi érsek *eredeti leveleskönyvéből* a jászóvári premontrei könyvtárban. *Kézirat* 78. fol. CXLIII/b—CXLV/b.

<sup>1)</sup> Kiszakadt.

<sup>2)</sup>—<sup>1)</sup> Kiszakadozva.

\* Hasonló rendelet ment ugyanakkor a szászokhoz s vingárti Geréb László erdélyi püspökhöz is. — *Ugyanott* fol. CXLIII/b—CXLIII/b.

TRIUM GENERUM SICULIS.

Superioribus diebus paulo ante discessum nostrum de illo regno nostro Hungarie ad hoc regnum nostrum Bohemie, dum videlicet vos quoque propter certa negotia nuncios vestros apud nos Bude habebatis, audivisse et intellexisse vos non dubitamus, qualiter fidelis noster magnificus t.<sup>1)</sup> waywoda partium illarum nostrarum Transsilvanarum officiolatum waywodatus earundem partium Transsilvanarum coram nobis deposuerat et resignaverat. Nunc quoque speciales et notabiles homines suos puta egregium t.<sup>2)</sup> vicewaywodam et nonnullos alios familiares suos ad nos huc Pragam usque miserat, quorum medio eundem waywodatum undecunque motus rursus omnino resignavit.<sup>3)</sup> Nos vero quemadmodum nec ibi Bude,

<sup>1)</sup> Bartholomeus Dragffy *a szászokhoz és a püspökhöz küldött rendeletben.*

<sup>2)</sup> Stephanum Thelegdy *ugyanott.*

<sup>3)</sup> certas allegando causas, propter quas amplius tenere nollet. Inter alias autem allegavit, quod vos saxones ad eum attendere sibi obedire non velletis, quoniam vos a proiectione et iurisdicione sua abstraxissemus et protectionem vestram alteri puta fideli nostro magnifico Jose de Som comiti Themensi commissemus, per quod auctoritas eiusdem waywode non mediocriter diminuta esset. — — Scitis autem bene, nunquam a nobis esse commissum, ut ad ipsum waywodam non attenderetis aut quod sub protectione ipsius non essetis. Quare volumus et fidelitati vestre districte precipiendo committimus et mandamus, quatinus sicut ad alios predecessores suos waywodas et etiam ad ipsum hactenus attendistis, ita nunc quoque ad ipsum modernum waywodam audire et attendere — — et — — iuxta commissionem eiusdem waywode more alias consueto expedire gentes vestras, et si opus erit, etiam per singula capita ad propulsandos quoscunque hostes illius regni nostri penes eundem waywodam insurgere — — debeatis et teneamini — — *a szászoknak szóló rendeletben.*

Rogamus igitur fidelitatem vestram et requirimus, velit ommissis privatis simultatibus et contentionibus communi bono et salutis illius patrie consulere atque tempore necessario, prout hactenus semper fecit, gentes suas penes ipsum waywodam mittere, ceterosque nobiles et regnicolas illarum partium, quibus et nos similiter scripsimus, inducere, quo penes eundem waywodam insurgant — — *írja a király az erdélyi püspöknek.*

sic et multo magis neque hic eiusmodi waywodatum ob multas rationes, presertim vero propter absentiam nostram ab eodem auferendum, sed illum donec redibimus et plenius cum dominis prelatis et baronibus illius regni nostri super hac re tractabimus, apud eundem omnino relinquendum putavimus. Ex quo autem in presentiarum ex diversis locis ut scitis varia mala et periculosa nova habentur, commisimus et seriose mandavimus prefato waywode, ut quamprimum et sine omni renitentia ac tergiversatione Transsilvaniam intrare atque defensionem illarum partium cum auxilio et adiuvamine vestro omnibus viribus suis superintendere et invigilare debeat. Sed ne aut ob privatas aliquas offensiones aut occulta odia partes ille tempore necessitatis periculum aliquod incurrant, utque commodius, facilius et etiam festinantius tali tempore insurgentis, fidelem nostrum egregium Martinum Czobor aulicum nostrum hinc a latere nostro ad vos et partes illas mittere decrevimus, cuius medio plura circa hanc rem vobis etiam intimavimus. Requirimus igitur fidelitates vestras eisdemque seriose mandamus, quatinus ad prefatum Bartholomeum Dragffy waywodam nostrum, consequenterque vicewaywodam suam infra reditum nostrum, prout nobis coram et etiam in presentia fidelis nostri etc. Jose promisistis, audire et attendere, et sicuti antea tempore aliorum waywodarum ita et nunc, dum necessitas ingruerit, penes eundem more consueto pro defensione illius patrie, sive contra turcos sive alios quoscumque hostes illius regni nostri opus erit, absque omni renitentia et subterfugio insurgere atque ea, que prefatus Martinus Czobor nomine nostro vobis dixerit, credere et facere modis omnibus debeatis et teneamini. Nam eidem t.<sup>4)</sup> specialem informationem et commissionem dedimus, ut ipse omnes tales, qui tali tempore necessario ausu quodam temerario insurgere noluerint et a servitiis nostris sacreque corone nostre se abstraxerint, notare et nobis postea manifestare debeat, qui certe debitam animadversionem

<sup>4)</sup> Czobor Márton.

nostram non evadent. Aliud igitur nulla ratione facere presumatis. Datum.<sup>5)</sup>

## 108.

(1497. nov.)

*A kolosmonostori convent előtt Kecseti Péter széplaki, besenyei, almási és szentiváni részbirtokait özvegy Szentmihályi Györgyné, Erzsébet asszonynak boldog-asszonyfalvi, bikafalvi, hévaszói, szombatfalvi, mikecsrétei, ozfalvi, martonosfalvi székely örökségeivel elcseréli.*

*Eredeti fogalmazványa az Orsz. Itárban, MODL. 36403. (Kolosm. Prot. minus Labore fol. 136.)*

Nos conventus etc. Memorie commendamus, quod nobiles Petrus de Kecheth ab una ac domina Elizabeth, relicta condam agilis et nobilis Georgii de Zenthmyhal partibus ex altera, idem Petrus nobilis puelle Dorothea vocate, dicta vero domina Elizabeth similiter nobilis puelle Katherine filiarum, aliorumque quorumlibet fratrum et consanguineorum ipsorum, quos infrascriptum tangeret seu concernere posset negotium, per omnia in se ipsos assumendo coram nobis personaliter constituti parili voce spontaneaue eorum voluntate confessi exstiterunt in hunc modum, quomodo ipsi matura intra se deliberatione prehabita talem fecissent concambialem permutationem perpetuo duraturam, quod primo dictus Petrus Kechethy totales portiones suas possessionarias in possessionibus Zeplak et Bessenyeu in de Kykellew, ac Almas in Thor-densi et Zenth Iwan in de Zolnok Interiori comitatibus existentibus habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis

<sup>5)</sup> Datum Prage a szászoknak s a püspöknek szóló rendeletekben.

et incultis, ag[ris],<sup>1)</sup> pratis, fenetis, silvis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum earundem integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus eidem domine Elizabeth, ac heredibus et posteritatibus eiusdem universis dedisset, contulisset quam et inscripsisset, ac concambialiter permutasset<sup>2)</sup> iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas. E converso etiam eadem domina Elizabeth tota[les]<sup>3)</sup> portiones suas possessionarias seu [primi]pulatum<sup>4)</sup> in possessionibus Bodogazonfalwa, Bykafalwa, Heyazo,<sup>5)</sup> Sombathfalwa, Mykech Rethé, Ozfalwa, Martonosfalwa, Miklos et Zenth .....<sup>6)</sup>

## 109.

1498. dec. 5.

*Márton, a székhelyházi pálosok priorja bizonyítja, hogy azt a lófőséget, melyet nagyernyei Káli Jakab a szentkirályi pálosoknak hagyományozott volt, anyja, a Káli István özvegye, visszavásárolta.*

*Eredetije papíron, aljára nyomott ovális alakú pecsét töredékeivel, az Erd. Múzeumban, Gróf Kornis lt.*

Martinus prior et conventus fratrum heremitarum ordinis sancti Pauli primi heremite de Zekelhaza. Significamus tenore presentium, quod Jacobus Kali de Nag Ernw legaverat fratribus heremitis de Zentkyral pro refrigerio anime sue primipolatum vulgo Lofysygh, quem primipolatum reemit et redemit mater seu genitrix eius-

<sup>1)</sup> Kiszakadt.

<sup>2)</sup>—<sup>3)</sup> Kiszakadozva.

<sup>4)</sup> Heyauzo.

<sup>5)</sup> A többi hiányzik.

1498. dec. 5.  
dem Jacobi Kali, videlicet relictæ condam Stephani Kali nomine Katherina. In cuius rei memoriam sigillum nostri conventus duximus applicandum, anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, in profesto sancti Nicolai episcopi et confessoris.

## 110.

1498.<sup>1)</sup> Kálfalva.

*Telegdi István erdélyi alvajda előtt szentannai Tóth Miklós és özvegy Kaáli Jánosné Szengyeli Ilona kiskorú gyermekeik eljegyzése alkalmával olyan egyességet kötöttek, hogy nevezett özvegy férjhez menetele esetén, néhai férjének, az atyja Szengyeli Benedek által zálogból kiváltott tőse di birtokrészét, továbbá összes székely lófősegeit s Szentmárton határán Maros széken, a Nyárád vizén levő kétkerekű malmát fiú-leánya, Magdolna részére a Tóth Miklós kezébe adja. Viszont Tóth Miklós a tőse di birtokrész zálogösszegét Ilona asszonynak visszafizeti. A kiskorú jegyeseknek akár a házasság megkötése előtt, akár azután megszakadás folytán bekövetkezett halála esetén azonban a szerződő felek a kikötött javakról, illetve zálogösszegekről kölcsönösen lemondanak.*

*Átirata* Szentgyörgyi Péter erdélyi vajda és székely ispán 1499. jan. 31. okl., a gróf Teleki-cs. mvásárhelyi lt., *Tanctsi Földvály-iratok* VIII. 28.

Nos Stephanus de Thelegd vicewayvoda Transsilvanus. Mem[o]rie<sup>2)</sup> commendamus, quod nobiles Nicolaus Thoth de Zenth Anna ab una, ac domina Elena, filia Benedicti de Zengyel, relictæ videlicet condam Johannis [de]<sup>3)</sup> Kaal ex alia partibus coram nobis personaliter consituti sponte et libere sunt confessi in hunc modum, quod quia ipsi inter se talem fecissent mutuum fraternalem

<sup>1)</sup> Napi dátuma az ünnep nevének kiszakadása következtében nem állapítható meg.



dispositionem atque ordinationem, quod ipsa domina Elena nobilem puellam Magdalenam, filiam suam in tenera etate constitutam, ex ipso condam Johanne Kaaly progenitam ri[tu]<sup>4)</sup> sancte Romane matris e[ccles]ie<sup>5)</sup> nobili Stephano filio d[icti]<sup>6)</sup> Nicolai Thoth modo simili in tenera etate constituto tradidisset in consortem, ipse etiam Nicolaus Thoth ipsam puellam [Magdalenam<sup>7)</sup>] eodem ritu ipsius sancte Romane matris ecclesie eidem Stephano filio suo recepisset in consortem, ita videlicet, quod dum et quodocunque prefata domina Elena seipsam similiter premissa ritu ipsius sancte Romane matris ecclesie marito coniungeret, extunc eadem domina Elena totalem portionem possessionariam ipsius condam Johannis Kaaly [i]n<sup>8)</sup> possessione Thewsed vocata, in comitatu Thordensi existenti habitam, alias per ip[su]m<sup>9)</sup> condam Johannem Kaaly manibus alienis pro florenis triginta uno impignoratam et per ipsum Benedictum Zengyely ipsi domine Elene filie sue pro eadem pecuniarum sumpma, florenis videlicet triginta uno redemptam, nec non universa officia primipulatum in quibuslibet generibus, in quibusvis lineis arborum genelogie sicularum dependentia habita, sed et quoddam molendinum duarum rotarum super fluvio Nyaragh appellato, intra metas ville Zenth Marthon in sede Maros existentis decurrens habitum<sup>10)</sup> aliasque quasvis heredi[ta]tes<sup>11)</sup> et iura siculicalia similiter prefati condam Johannis Kaaly, per mortem et defectum seminis masculini sexus ipsius condam Johannis Kaaly tantummodo in ipsam puellam Magdalenam filiam suam iure hereditario condensas et redacta, nuncque apud manus dicte domine Elene existentes et habita simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis manibus prefati Nicolai Thoth pro ipsa puella Magdalena filia eiusdem domine Elene tenendas, protegendasque et conservanda

<sup>2)</sup>—<sup>7)</sup> Kiszakadozott helyek.

<sup>8)</sup>—<sup>9)</sup> Kiszakadva.

<sup>10)</sup> habita az *átiratban*.

dare, relinquere et resignare deberet et teneretur; hoc tamen adiecto, quod universe res et quelib[et] bo]na<sup>12)</sup> ipsius condam Johannis Kaaly domini et mariti eiusdem domine Elene eidem remaneant, sintque et habeantur, et quod quamvis ipsa domina Elena prescriptis triginta uno florenis, sed et dote et rebus suis paraffernalibus sibi de iuribus possessionariis, sed et siculicali[bus]<sup>13)</sup> ipsius condam Johannis Kaaly ut dicitur domini et mariti sui lege regni requirente provenire debentibus plus et ultra habere posset quam tantummodo sedecim florenos, tamen ipsa domina Elena huiusmodi sumpmam pecuniarum, nec non dotem et res paraffernales suas ob amorem et dilectionem, quas erga ipsam puellam Magdalenam filiam suam gereret et haberet, eidem puelle Magdalene filie sue taliter remisisset et relaxasset; quod pro his omnibus idem Nicolaus Thoth eidem domine Elene tempore videlicet predicto, quo eadem domina Elena se modo predicto marito coniungeret adveniente, sedecim florenos auri partim parata in pecunia (*így!*), partim vero rebus estimabilibus mediantibus dare et persolvere teneretur. Isto etiam ad rem declarato, quod si prefatum Stephanum filium ipsius Nicolai Thoth [m]edio<sup>14)</sup> tempore, ante scilicet contractum matrimonii ipsorum, seu ex post absque heredum solatio, quod absit, ab hac luce decedere et deficere contingeret, extunc mox prefatus Nicolaus Thoth rehabitis prius ab ipsa puella Magdalena prescriptis sedecim florenis similiter partim in pecunia (*így!*), partim vero rebus estimabilibus mediantibus, prescriptas portionem possess[i]onariam<sup>15)</sup> in dicta Thews[e]d<sup>16)</sup> habitam, nec non molendinum duarum rotarum, sed et officia primipulatuum, aliaque quavis iura siculicalia simul cum dict[is]<sup>17)</sup> cunctis ips[arum] utilitatibus et pertinentiis quibuslibet eidem puelle Magdalene absque omni iuris strepitu pacifice et quiete remittere et resignare teneretur. Econverso autem, si similiter ipsa puella Magdalena ante

<sup>11)</sup>—<sup>12)</sup> Kizsakadt helyek.

<sup>13)</sup> siculicalibus *az átiratban*.

traductionem, vel expost sine herede, quod deus avertat moreretur, consimiliter prefatus Nicolaus Thoth modo simili persolutis sibi per predictam dominam Elenam prescriptis s[edeci]m<sup>18)</sup> florenis auri partim scilicet in pecunia (*így!*), partim vero rebus estimabilibus mediantibus, consimiliter dictam portionem possessionariam, sed et mole[nd]inum<sup>19)</sup> ac dicta officia primipulatuuum, al[ias]-que<sup>20)</sup> quaslibet hereditates et iura siculical[ia]<sup>21)</sup> super .....<sup>22)</sup> spec[i]ficata<sup>23)</sup> annotate domine Elene similiter pacifice et quiete remittere et resignare deberet ..... [dispositio]nem<sup>24)</sup> atque ordinationem modo [quo supra] .....<sup>25)</sup> coram nobis testimonio presentium mediante. Datum in villa Kaal predicta sabbato proximo pos[t festum] .....<sup>26)</sup> virginis et<sup>27)</sup> martyris, [anno Domini M]illesimo<sup>28)</sup> quadringentes[imo nona]gesimo<sup>29)</sup> octavo. 1498.

## 111.

1499. jan. 31. Vásárhely.

*Szentgyörgyi Péter erdélyi vajda és székely ispán néhai Káli Jánosnak leányára, Magdolnára szállt tósedí birtokát, a Nyárád vizén, Szentmárton határában levő kétkerekű malmát és a székelyek bármelyik nemén és ágán birt székely javait és tisztségeit — Szengyeli Péterrel szemben, aki rokonság jogán, szentannai Tóth Miklóssal, ki az özvegygel, Szengyeli Ilonával kötött egyességnél fogva, végül a perbe avatkozó ernyei Székely Bernáttal*

<sup>14)</sup>—<sup>21)</sup> Kiszakadozott helyek.

<sup>22)</sup> Egy szó 15 mm. olvashatatlan.

<sup>23)</sup> Kiszakadva.

<sup>24)</sup> Hat-hét szó 100 mm. kiszakadva és olvashatatlan.

<sup>25)</sup> Három-négy szó 50 mm. kiszakadt.

<sup>26)</sup> A tulajdonnév 15 mm. kiszakadt.

<sup>27)</sup> Kétszer írva.

<sup>28)</sup>—<sup>29)</sup> Kiszakadozott helyek.

*szemben, ki a Káli János végrendelete értelmében követezte magának gondozásra — a kiskorú Magdolna férjhez menetelég anyjának, férjezett Andrássy Jánosnének ítéli.*

*Eredetije megrongált papíron, aljára nyomott veres viaszpecsét töredékeivel, a gróf Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., Tancsi Földvály-iratok VIII. 28.*

jan.  
29. Nos Petrus comes de Sancto Georgio et Bozyn wayvoda Transsilvanus et comes siculorum. Damus pro memoria, quod nobis feria tertia proxima post festum Conversionis beati Pauli apostoli proxime preteritum una cum nonnullis harum partium Transsilvanarum nobilibus, sedis scilicet nostre iudicarie iuratis assessoribus pro faciendo moderativo iudicio causantibus < in oppido Wasarhel ><sup>1)</sup> in sede nostra iudiciaria sedentibus agilis Petrus de Zengyel personaliter iuxta continentiam litterarum nostrarum citatoriarum legitime evocationis modum observando, presente ibidem et personaliter adherente Nicolao Thoth de Zenth Anna, contra eundem Nicolaum proposuit eo modo, quomodo ipse Nicolaus Thoth his proxime superioribus temporibus, nescitur unde motus, totalem portionem possessionariam nobilis puelle Magdalena vocate, filie condam Johannis de Kaal, fratris consanguinei ipsius Petri de Zengyel, in possessione Thewsed vocata, in comitatu Thordensi existenti habitam, nec non unum molendinum duarum rotarum super fluvio Nyaragh appellato [intra]<sup>2)</sup> metas possessionis Zenth Marthon, in sede Maros existentis decurrens, nec non universa et quelibet iura siculicalia et officia primipulatuuum in quibuslibet generibus et lineis arborum genologie siculorum dependentia et habita, in prefatam puellam Magdalenam per mortem e[t]<sup>3)</sup> decessum dicti condam Johannis Kal[y]<sup>4)</sup> pa[tris]<sup>5)</sup> sui i[ure]<sup>6)</sup> successorio devoluta que quidem iura possessionaria eidem Petro iure consanguineitatis plusquam ceteris quibusvis ad conservandum attinerent, pro se ipso minus iuste et indebite ac preter omnem viam

iuris potentialiter occupasset, o[cc]upatasque<sup>7)</sup> teneret et conservaret etiam de presenti potentia mediante in preiudicium et dampnum ipsius Petri valde magnum, et hoc cum vicinis et commetaneis pretacte possessionis Thewsed, aliorumque comprovincialium dicte sedis Maros probare promptus esset et paratus. Quo audito m[emor]atus<sup>8)</sup> Nicolaus Thoth personaliter ut premittitur in eandem nostram exurgendo presentiam respondit [t]a[l]i (!)<sup>9)</sup> modo, quod hoc bene verum foret, quod pretacta portio possessionaria in predicta Theused habita, sed et molendinum et alia iura siculicalia dicte puelle Magdalene aput (így!) ipsum h[abere]ntur,<sup>10)</sup> non tamen eandem et eadem potentialiter occupasset, sed pretacta portio possessionaria ac molendinum et iura siculicalia ipse vigore efficacissimarum litterarum teneret et conservaret; et nichilominus<sup>11)</sup> insuper de pretactis bonis et iuribus possessionariis dicte domine Elene, matri iamfate puelle de [do]te<sup>12)</sup> et rebus paraffernalibus suis omnimodam impendisset satisfactionem. Et in horum verborum suorum declarationem quasdam litteras egregii Stephani de Thelegd alias vicewayvode harum partium Transsilvanarum nostrum iudicarium produxit in conspectum, quarum tenor talis est: (*Következik Telegdi István erdélyi alvajda 1498-ban kelt s elébb közölt oklevele.*) — Quibus quidem<sup>13)</sup> litteris productis [partibus]que<sup>14)</sup> predictis per nos sibipsis (így!) iudicium et [iustitiam]<sup>15)</sup> preberi postulantibus cum itaque nos causa in eadem iudicium e[st] iudiciariam de]liberationem<sup>16)</sup> facere voluissemus, mox Joha[n]nes An]drassy<sup>17)</sup> pro nobili domina Elena alias relicta dicti condam Johannis Kaaly, nunc ver[o consorte]<sup>18)</sup> sua cum procuratoriis litteris nostris et pro prefata puella Magdalena sin[e]<sup>19)</sup> litteris revisionalibus, ac Bernaldu[s Zekel]<sup>20)</sup> de Ernye personaliter in eandem nostram exurg[entes]<sup>21)</sup>

<sup>2)</sup>—<sup>10)</sup> Kiszakadozott helyek.

<sup>11)</sup> Sorközi betoldás.

<sup>12)</sup> Kiszakadt.

<sup>13)</sup> Sorközi betoldás.

presentiam et prefatus Johannes Andrassy [pref]atam<sup>22)</sup> dominam Elenam, idem vero Bernaldus seipsum huic liti et cause ingerendo et intromittendo, prefatus Johannes Andrassy in persona prelibate domine [Elen]e<sup>23)</sup> consortis sue allegavit eo modo, quod licet alias prescripta domina Elena, mater dicte puelle Mag[da]lene<sup>24)</sup> cum prefato Nicolao Thoth vigore dictarum litterarum prefati Stephani de Thelegd vicewayvode contractum et confederationem modo premissis fecerit, et idem Nicolaus Thoth ipsam puellam prefato Stephano filio suo in tenera etate constituto in spons[am]<sup>25)</sup> adoptaverit et receperit, et per hoc eandem portionem possessionariam simul cum molendino ac aliis iuribus sicutalibus ipsius puelle sibi appropriaverit et iam defacto occupaverit, tamen prefata domina Elena ipsam puellam Magdalenam filia[m s]uam<sup>26)</sup> in tenera ut prefertur etate existentem aput (*így!*) se foveret et educaret ac eidem de vict[u]<sup>27)</sup> et amictu provideret, ideo prescripta portio possessionaria, sed et molendinum atque iura sicutalia ipsius puelle paterna eidem domine matri eiusdem [m]agis<sup>28)</sup> quam aliis quibuspiam usque tempus perfecte etatis ipsius puelle ad tenendum et conservandum attinerent. Memoratus vero Bernaldus Zekel subiunxit in hunc modum, quod prescripta portio possessionaria, sed et molendinum, atque alia un[iver]sa<sup>29)</sup> bona et cuncta iura possessionaria tam nobilitaria quam etiam sicutalia ubivis habita s[imil]iter<sup>30)</sup> cum rebus et cunctis bonis ipsius puelle et etiam ipsa puella ad educandum et nutriendum ac conservandum plus sibi quam aliis pertineret [id]eo,<sup>31)</sup> quia prefatus condam Johannes de Kaal pater dicte puelle cuncta iura possessionaria simul cum bonis et rebus suis ad dispensandum, in conservandum et dictam puellam educandum sibi testamentaliter legavit et commisit, sicque dicta puell[la a]d<sup>32)</sup> educandum et iura possessionaria eiusdem ad conservandum plus sibi quam ceteris attinerent. Et in huius documentum quasdam litteras dicti condam Johannis Kaly testamentarias nobis

<sup>14</sup> — <sup>32)</sup> Kiszakadozott helyek.

curavit demonstrare, in quibus vidimus contineri, quod prefatus condam Johannes de Ka[al]<sup>33)</sup> annotato Bernaldo Zekel universas res et bona sua ad dispensandum et iura possessionaria ad protegendum testamentaliter legavisset.

Quibus quidem litteris exhibitis et allegationibus per partes modo premissis coram nobis factis, eisdem partibus per [nos]<sup>34)</sup> sibipsis (*így!*) in premissis iudicium et iustitiam preberi postulantibus, unde licet prelibata domina Elena relicta dicti condam Johannis de Kaal, mater vero iamfate puelle Magdalene prescriptum contractum cum prefato Nicolao Thoth fecerit, vig[o]re<sup>35)</sup> cuius contractus]<sup>36)</sup> eadem domina ipsam puellam Magdalenam filiam suam dicto Stephano filio ipsius Nicolai Thoth in sponsam dederit, idemque Nicolaus Thoth ipsi domine Elene de dote et rebus eiusdem paraffernalibus modo premissis pecuniaria solutione mediante satisfecit]<sup>37)</sup> annotatus vero Petrus de Zengyel eandem puellam ratione consanguinitatis et lineae propinquitatis, prelibatus autem Bernaldus Zekel vigore prescripte testamentarie dispositionis pariter cum iuribus possessionariis ac rebus et bonis eiusdem ad educandum et conservandum]<sup>38)</sup> s[i]bipsis<sup>39)</sup> magis quam ceteris pertinere debere allegaverint; tamen quia prefatus Petrus Zengyel [parum]<sup>40)</sup> eidem puelle [i]n<sup>41)</sup> propinquiori linea videatur attinere consanguines, ta[me]n<sup>42)</sup> quia prelibata domina Elena, alias relicta dicti condam Johannis de Kaal .....<sup>43)</sup> itus pretactam portionem<sup>44)</sup> possessionariam, sed et alia iura possessionaria tam nobili[taria],<sup>45)</sup> quam sicutalia dicte puelle Magdalene paterna minime ipsi Nicolao Thot, sed neque cuiquam alteri supra dotem et res paraffernales suas obligare et .....<sup>46)</sup> contractum seu confederationem facere potuisse et neque ipsa puella prelibato Petro Zen

<sup>33</sup>—<sup>42</sup>) Kizsakadozott helyek.

<sup>43</sup>) Két-három szó, körülbelül 30 mm. olvashatatlan.

<sup>44</sup>) Kétszer írva.

<sup>45</sup>) Kizsakadt.

<sup>46</sup>) Körülbelül két szó, 20 mm. kizsakadt.

gyel in [li]nea<sup>47</sup>) proximitatis et generationis, per quam videlicet pretacta iura possessionaria in ipsum condescendi deberent, idem Petrus Zengyel minime conprobare, prelib[at]us vero Jo]hannes<sup>48</sup>) pater annotate puelle Magdalene prescripta iura possessionaria et neque res et bona mobilia nemini legare valuisse reperiebatur manifeste, et ob hoc prescripta portio possessionaria simul cum dictis molendino, aliisque iuribus siculicalibus dicti condam [Johann]is<sup>49</sup>) de Kaal prefate domine Elene magis quam annotatis Petro de Zengyel ac Bernaldo Zekel et Nicolao Thoth [ad]<sup>50</sup>) conservandum et tenendum dari, prescripti etiam sedecim floreni auri per eundem Nicolaum Thoth prelibate domine Elene pro dote et rebus paraffernalibus suis dati [et per]soluti<sup>51</sup>) per ipsam dominam Elenam eidem Nicolao Thoth reddi, restituique et persolvi debere nobis ac dictis nobiles sedis scilicet nostre iudicarie iuratis assessoribus nobiscum in iudicio et examine presentis cause existentibus cernebatur: pro eo nos prescriptam puellam M[agd]alenam<sup>52</sup>) filiam dicti condam Johannis de Kaal annotate domine Elene matri sue usque tempus maritacionis [eiu]sdem<sup>53</sup>) puelle ad educandum, prescriptaque iura possessionaria tam nobilitaria quam etiam siculicalia prefate puelle condam Johannis de Kaal in dictam puellam M[agd]alenam<sup>54</sup>) ur preferitur devoluta et condescensa prefate domine Elene adiudicando relinquimus et commis[i]mus<sup>55</sup>) tenenda, possidendaque et conservanda. Quia autem prefatus Johannes Andrassy de prescriptis sedecim florenis auri prefate domine Elene et nobis pro trium[pho]<sup>56</sup>) rei obtente vulgo Thyzthasag duodecim florenos auri persolvit, pro eo nos eundem super solutione dictorum sedecim florenorum et etiam aliorum duodecim florenorum reddimus quitum et expeditum et modis omnibus absolutum auctoritate nostra iudiciaria et iustitia mediante. Datum [in]<sup>67</sup>) dicto oppido Wasarhel, tertio die termini prenotati anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo nono.

1499. jan. 31.

Lecta et correcta per Marocha.

<sup>47</sup>—<sup>57</sup>) Kizsakadozott helyek.



## 112.

1501. márc. 23. Székelyvásárhely.

*Szentgyörgyi Péter országbíró, erdélyi vajda és székely ispán a bándi és havadtói székely örökségek s a Meggyes nemzetség Meggyes ágán való székbírói tisztesség felett erdőszentgyörgyi Theel Balázs felperes és Meggyes Balázs leánya Zsófia, Barcsai Gáspárné alperes közt folyó perben a kitűzött időben meg nem jelent felperest ötven arany forinton s az említett székely örökségek elvesztésén marasztja.*

*Eredetije hártján Szentgyörgyi Péter rózsaszínű és zöld sodrott selyemzsinóron lógó pecsétjével, Orsz. lt., Várhegyi János kir. táblai procurator iratai I. 8.*

Nos comes Petrus comes de Sancto georgio et de Bozyn iudex curie regie maiestatis, vayvodaque Transsilvanus et comes sicularum etc. Damus pro memoria, quod nobis feria sexta proxima ante dominicam Reminiscere noviter preteritam una cum nonnullis potioribus, senioribusque et iuratis siculis sedis Maros in presenti generali adiudicatione causarum universitatis sicularum sedis eiusdem per nos eisdem in hoc oppido Zekelwasarhel instituta pro faciendo moderativo iudicio causantibus constitutis et existentibus, Gregorius de Syle pro nobili et agili Blasio Teel de Erdewzenthgyewrgh cum procuratoriis litteris nostris legitime evocationis modum observando nostram veniens in presentiam, contra nobilem et agilem dominam Sophiam consortem egregii Gaspar de Barcha, filiam vero condam Blasii Meggyes de prefata Erdevzenthgyergh proposuerat eo modo, quod quamvis agilis condam Erdev de eadem Erdevzenthgyergh fuerit frater carnalis agilis condam Meggyes modo simili de eadem, prefatus vero Blasius Theel actor eiusdem Erdew, dicta enim domina Sophia in causam attracta annotati olim Meggyes successores extiterint, sicque directe et equales medietates universorum iurium possessionariorum atque hereditatum sicularum qualitercunque vocitarum eorundem con-

márc.  
3.

dam Erdew et Meggyes in predicta sede Maros ubicunque existentium habite iure successorio in prefatum actorem redacte exstiterint et condescense; tamen vivente dicto condam Blasio Meggyes patre dicte domine Sophie idem Blasius, ipso tandem e medio sublato prefata domina Sophia in causam attracta medietatem piscine unius eorundem Erdev et Meggyes intra metas possessionis Band vocate in dicta sede Maros existentis habitam, totalem utputa portionem prefati actoris in eadem habitam indebite, viaque iuris sine omni pro se usurpando tenuissent et conservassent atque possedissent, teneretque et possideret ipsa domina Sophia etiam in presentiarum potentia mediante in preiudicium et dampnum predicti actoris valdemagnum. Quo audito prefatus Gaspar Barchay pro iamfata domina Sophia consorte sua modo simili cum procuratoriis litteris nostris in eandem nostram exurgendo presentiam responderat eo modo, quomodo eadem domina Sophia in causam attracta ad dictam presentem generalem adiudicationem causarum universitatis sicularum sedis Maros, mediantibus aliis litteris nostris evocatoriis superinde confectis, pretextu earundem hereditatum per antefatum Blasium Theel actorem antea etiam evocata exstiterat, sed causam huiusmodi pretextu preinsertarum hereditatum inter partes ipsas motam eedem partes dispositioni et arbitrio egregiorum et agilium Nicolai Thoth de Zenthanna, Leonardi Apafy de Madaras et Bernaldi de Pynkowcz submisissent hoc modo, quomodo ipse ambe partes feria quarta medii Quadragesime tunc proxime affuture simul cum eisdem arbitris partium in facie possessionis Hawadthew vocate personaliter aut per legitimos procuratores ipsorum comparere, iidemque partium arbitri simul cum aliis probis hominibus, quos ipsi facto in ipso penes se eligere vellent, auditis prius partium earundem propositionibus, allegatis et responsis, probabilibusque documentis admissis, causam partium prescriptam si inter partes ipsas bono modo disponere poterint et rectificare bene quidem, alioquin causam eandem, quo iuris esset, transmittere deberent et tenerentur; tali obli-

márc.  
17.

gaminis vinculo mediante, quod si qua partium predictarum termino in predicto modo quo supra in facie pretacte possessionis Hawadthew personaliter aut per legitimum suum procuratorem comparere et premissa suo modo exequi obmitteret, aut temporis medio pretextu earundem hereditatum siculicalium seu piscine prescripte coram nobis lites inchoaret et causas, extunc talis pars contra partem alteram premissa suo modo exequentem ac ea omnia firmiter observantem in quinquaginta florenis auri ac amissione actionis et acquisitionis sue prenotate convinceretur et convicta habeatur ipso facto. Quo percepto annotatus Gregorius Syley replicando, quod licet hoc bene verum foret, ut eedem partes causam ipsam pretextu dictarum hereditatum siculicalium, puta unius molendini in Hawadthew et Band predictis possessionibus, nec non officii iudicis terrestris de genere Meggyes et linea Meggyes vocitati modo simili in predicta sede Maros habiti inter partes motam, dempta dumtaxat piscina pretacta, modo quo supra arbitrio dictorum arbitratorum partium submisissent, tamen piscinam ipsam eo etiam protunc neque nominassent, prefatus etiam Gaspar Barchay prescriptam responsionem et allegata prenarrata dicte domine Sophie per antefatos arbitros partium suo modo facta fuisse comprobari velle recitando. His itaque tunc taliter se habentibus, causaque partium prenotata iuxta continentiam aliarum litterarum nostrarum prorogatoriarum superinde confectarum ad presentem diem sedis nostre iudicarie dilative devenienda, ipsisque partibus modo simili coram nobis comparendis ac prefatos Nicolaum Thoth, Leonardum Apafy et Bernaldum Pynkozy nostram personaliter vocari et veniri faciendo in presentiam, eosdemque ad fidem eorum deo debitam coram nobis prestitam de premissa arbitrativa dispositione partium predictarum, quomodo scilicet et quo ordine inter partes coram ipsis facta fuisset et conclusa, diligenter investigandos et requisitos habuimus, qui ad eandem fidem ipsorum sub una forma verborum fassi et attestati exstiterunt eo modo, quomodo partes prenotate loco et

márc.  
17.

termino in predictis prescriptas universas causas et differentias ratione et pretextu pretaxatarum hereditatum sicutalium in prescripto molendino ac possessione Band et piscina in prescriptis habitarum, nec non officii iudicis terrestris prenotati motas iuxta allegata prenarrata dicti Gaspar Barchay legitimi procuratoris dicte domine Sophie in causam attracte, vinculis et obligaminibus sub premissis manibus ipsorum attestantium seu arbitratorum suo ordine submisissent. Prefatus insuper Gaspar Barchay subiecit, quomodo ipse in dicta feria quarta medii Quadragagesime in persona dicte domine Sophie in causam attracte simul cum prescriptis arbitris in facie preallegato possessionis Hawadthew comparendo et premissa suo modo exequi promptus fuisset et paratus, dictus vero Blasius Theel illuc non venisset, neque misisset se in preassertis vinculis et obligaminibus convinci et aggravari permittendo, ipso etiam Blasio Theel actore ipsam suam non comparentiam minime abnegando. Quibus sic habitis partibusque predictis nullo ampliori documento eorum allegata comprobandis, sed eisdem per nos in premissis iudicium iustitieque complementum elargiri postulantis, verum licet premissa querimonia annotati actoris ratione et pretextu piscine prescripte contra et adversus prelibatam dominam Sophiam modo premissa nobis porrecta existisse, idemque Blasius Theel actor ex premissis fassionibus et allegationibus antefatorum arbitratorum partium contra eandem dominam Sophiam in causam attractam in preinsertis vinculis et obligaminibus, ex eoque in quinquaginta florenis auri inter nos ac prefatos arbitros partium et dictam dominam Sophiam equaliter dividendis, ac insuper in amissione pretactarum universarum hereditatum suarum in dicto molendino ac possessione Band et piscina in prescriptis habitarum, nec non dicti officii iudicis terrestris uti preasseritur de genere Meggyes et linea Meggyes vocitati convinci et aggravari, eedemque hereditates sicutales et officium iudicis terrestris eidem domine Sophie relinquere et adiudicari debere nobis ac prefatis potioribus, senioribusque et iuratis sicutis nobiscum

in iudicio et examine presentis cause existentibus ad-  
inveniebatur seriose: propter quod nos prefatum Blasium  
Theel actorem pro premissa sua indebita et minus licita  
acquisitione rationibusque ex premissis contra dictam do-  
minam Sophiam in causam attractam in dictis quinquaginta  
floreus auri modo quo supra inter nos ac prefatos  
arbitros partium et eandem dominam Sophiam equaliter  
dividendis, nec non etiam in amissione pretaxatarum uni-  
versarum hereditatum sicutalium ipsius actoris molendino  
ac possessione Band et piscina in iamfatis habitatum  
convictum et aggravatum fore, easdemque hereditates et  
officium iudicis terrestris antedictum eidem domine So-  
phie decernentes et relinquentes tenendas, possidendas  
pariter et habendum. In cuius rei testimonium presentes  
litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli  
nostri munimine roboratas duximus concedendas com-  
muni iustitia suadente. Datum in dicto oppido Zekel-  
wasarhel, feria tertia proxima post dominicam Letare,

1501.  
márc.  
23.

### 113.

1502. jan. 24. Medgyes.

*Magyi Pál alországbíró és erdélyi alvajda magyarokkal s előkelőbb székelyekkel törvényszéket ülven, szentannai Tóth Miklóst, a feleségét Szentgyörgyi Annát s fiát Jánost, akik sárdi Bicsak Lőrincné Bolyai Margit és pethlendi Czompó Barnabásné Bolyai Potenciána két lőrincfalvi lófősege közül az egyiket elfoglalták, a vele járó „dézsmásbírótság” jövedelmeit élik s tisztségeit kényök-kedvök szerint másoknak osztogatják, a székelyek szokásjoga s a tanuk vallomása alapján együtt százötven márka birságon marasztja s az ítéletet felülvizsgálás és végleges eldöntés céljából a király eleibe terjeszti.*

*Eredetije papíron, záró zöld pecsét nyomaival, a gróf Teleki-cs. marosvásárhelyi lt., Tancsi Földvály-iratok LX. 21. — Átirata Geréb Péter nádor 1502. márc. 2-iki oklevelében ugyanott, Tancsi Földvály-iratok LXXVIII. 3/b.*

febr. 25. *Egykorú följegyzés az oklevél hátán:* 1. 5. 0. 2. feria sexta post Mathie pro dominabus Margaretha cum wayvode et Potentiana cum Colosmonostra Barnabas Czombo (így!) de Petth(l)end. Prorogata est ad feriam secundam cum expensis.

febr. 25. 1502. feria sexta proxima post festum beati Mathie apostoli pro dominabus Margaretha eum wayvode Transsilvani, pro Potentiana eum Colosmonostra Barnabas Czompo de Pethlend. Quia iudicium intrascriptum iuxta morem et consuetudinem siculorum partium Transsilvanarum recto, vero et iusto modo factum et celebratum exstisset, excepto hoc, quod quia Nicolaus Thot obicit (így!), quod dum wayvoda Transsilvanus in sede sua iudiciaria sedendo causas regnicolarum discutere habet, tunc onera sive birsagia iudiciorum ad quinquaginta marcas se extendi deberent, dum autem vicewayvoda causas regnicolarum sede sua iudiciaria discuteret, tunc iudicia non amplius nisi in mediam partem, hoc est ad XXV marcas computari deberent: propter quod conclusum est in iudicio, ut super hoc fiat inquisitio atque attestatio siculorum sedis Maros et causa remittatur.

Item Nicolaus Thot de Zenthanna pro se personaliter et pro domina Anna consorte et Johanne filio suis cum Colosmonostra comparuit.

*Ugyancsak az oklevél hátán:* Daczó László 1627. 6. 10-bris.

jan. 14. Serenissimo principi domino Wladislao dei gratia regi Hungarie, Bohemie etc. domino meo naturaliter gratiosissimo Paulus de Magh viceiudex curie vestre serenitatis, vicewayvodaque Transsilvanus etc. perpetuam fidelitatem cum promptitudine famulatus. Vestra noverit serenitas, quod cum nos una cum nonnullis harum partium Transsilvanarum nobiles atque potioribus siculis feria sexta proxima post festum beati Pauli primi heremite noviter preteritum pro faciendo moderativo iudicio causantibus hic in oppido Zekelwasarhel constituti fuisset, ac ratione et pretextu occupationis officii primipulatus de genere Hal[o]m<sup>1</sup>) et linea Pether pendentis atque hereditatum siculicalium ad ipsum primipulatum spectantium in possessione Lewrynczfalwa vocata, in sede Maros existenti habitatum in quadam causa inter nobiles dominas Margaretham Laurentii Bychak de Sard et Potentia-

<sup>4</sup>) A [ ] zárjel a Magyar Pál ítéletéből kiszakadt betűk és szavak pótlását jelöli.


nam Barnabe Czompo de Pethlend consortes ut actrices ab una, ac nobiles et agilem Nicolaum Thoth de Zenthanna et dominam Annam consortem eiusdem uti in causam attractos partibus ex altera coram nobis mota et vertente, iuxta nostram iudiciariam deliberationem ordine iudiciario iidem in causam attracti contra dictas dominas actrices in singulis tribus factis potentiariis convicti erant et ag(g)ravati.<sup>2)</sup>

Tandemque sabbato immediate sequenti agilis Johannes filius dicti Nicolai Thoth ex prefata domina Anna, filia olim domine Juliane consortis Blasii de Zenthgyewrgh,<sup>3)</sup> filie videlicet condam Nicolai Barlabasy de Zenthpal progenitus nostram personaliter veniendo in presentiam et cause huiusmodi se inmiscendo asserens dictum primipulatum atque hereditates siculicales prescriptas ipsum iure avitico concernere, et mox cum onere consueto causam eam ad novum iudicium, novamque responsionem prohibendo. Et quia huiusmodi prohibitio ipsius Johannis Thoth iusta et iuris consona fore, non obstantibus dictis prioribus nostris adiudicationibus, per nos ad ipsum novum iudicium, novamque responsionem partium predictarum admitti debere nobis et prefatis nostris coassessoribus adinveniebatur manifeste.

jan  
15.

His itaque taliter se habentibus mox annotatus Lau-

<sup>2)</sup> *A perlekedők családfája:*



<sup>3)</sup> *Zengyel hibásan a Geréb Péter ítélő levelében.*

rentius Bychak pro antefatis dominabus Margaretha et Potentiana, filiabus videlicet condam domine Anne filie condam Michaelis de dicta [Z]enthpal<sup>4)</sup> fratris utputa carnalis dicte olim domine Juliane cum procuratoriis literis nostris in eandem nostram exurgens presentiam, presente ibidem et audiente dicto Johanne Thoth, contra eundem actionem et acquisitionem dictarum dominarum<sup>5)</sup> actricum pristinam contra iamfatos Nicolaum Thoth et dominam Annam consortem eiusdem factam et propositam renovando et replicando hoc modo, quomodo iidem in causam attracti ad unum illorum duorum primipulatum dictarum dominarum actricum in genere Halom et linea Pether dependentium in possessione Lewrynczfalwa vocata, in sede Maros existenti, ipsas dominas actrices tamquam filios iure avitico concernentium et semper ad domum de Zenthpal possessum stetissent via iuris sine omni potentia mediante et quod in iudicatu decimali in vulgari Desmasbyrosag<sup>6)</sup> nuncupa[to]<sup>7)</sup> de ipso primipulatu pendente procedentes universos proventus iamfatarum dominarum actricum eisdem de ipso iudicatu [deci]mali<sup>8)</sup> rite et legitime provenire debentes auferri et pro seipsis percipi fecissent potentia mediante; postremo annotati in causam attracti officia eiusdem primipulatus seu radicatus propriis eorum autoritati[b]us,<sup>9)</sup> quibus maluerunt ad personas divisissent in preiudicium et dampnum dictarum dominarum actricum valdemagnum, in quibus omnibus premissis ipsis dominabus actricibus plusquam quinquaginta florenorum auri dampna irrogassent potentia mediante, ex parte autem eorundem in causam attractorum per nos in premissis iudicium et iustitiam elargiri postulando.

Quo audito nobilis et agilis Blasius Thoth de prefata Zenthanna pro prefatis Nicolao ac domina Anna et Johanne in causam attr[acti]s<sup>10)</sup> modo simili cum procura-

<sup>4)</sup> Kizsakadva.

<sup>5)</sup> A Geréb-féle átiratból kimaradt.

<sup>6)</sup> Dezmasyrosag a *Geréb-féle átiratban*.



toriis litteris nostris in eandem nostram exsurgendo presentiam responderat talimodo, quod licet hoc bene verum foret, ut ipsi duo primipulatus in dicta possessione Lewrynczfalwa h[a]beantur,<sup>11)</sup> quorum uno prelibati in causam attracti minime contradicerent, sed alter primipulatus, eo quod dicta domina condam Juliana, avia ipsorum domine Anne et Johannis in causam attractorum et prefatus olim Michael Zenthpaly<sup>12)</sup> avus dictarum dominarum actricum, uti superius intelligi potest, fratres carnales existunt, ex eoque unus eorundem primipulatum ipsos dominam Annam et Johannem in causam attractos iure avitico concerneret, de ipso quoque primipulatu, atque hereditatibus siculturalibus extra minime dotassent et maritassent, sed semper et ab antiquo in pacifico dominio eiusdem existissent existerentque de presenti ac ad domum ipsius domine Juliane de Zenthgyewrgh possedissent, et in eo annotati in c[a]usam attracti in totalibus premissis actionibus et acquisitionibus dictarum dominarum actricum innocentes forent penitus et immunes.

Prefatus vero Laurentius Bychak procurator iamdictarum dominarum actricum volens ipsas et per consequens dictam condam dominam Annam matrem ipsarum in reali dominio prescriptarum hereditatum siculturalium in iamfata possessione Lewryncz[falwa]<sup>13)</sup> habitarum existisse, quasdam litteras eiusdem domine Anne fassionales impignoraticias, sigillo eiusdem anulari ab intra in margine consignatas nobis curavit demonstrare hunc tenorem continentes: (*Következik Bolyai Pongrácné 1493. nov. 25-én kelt, elébb közölt zálogvalló levele.*) —

Annotatus siquidem Blasius Thoth modo simili legitimus procurator dictorum in causam attractorum in sustentationem atque uberiores comprobationem iurium ipsorum in causam attractorum in personis eorundem quasdam tres litteras, unam condam domini Sigismundi Roma-

<sup>7)</sup>—<sup>11)</sup> Kizsakadt helyek.

<sup>12)</sup> Zenthpaly a Gereb Péter ítéletében.

<sup>13)</sup> falwa sorközi betoldás.

norum, Hungarieque et Bohemie etc. regis [prece]ptoriam,<sup>14)</sup> secundam magnifici condam domini Johannis Pangracz de Dengeleg alias similiter wayvode Transsilvani et comitis sicularum fassionalem attestatoriam, et tertiam consimiliter eiusdem domini Johannis Pangracz<sup>15)</sup> protectionalem in papiro patenter confectas nostrum iudicarium produxit in conspectum, quarum prime, scilicet dicti olim domini Sgismundi regis preceptorie tenor is est: (*Következik Zsigmond király 1427. márc. 7-én kelt, ugyancsak elébb közölt oklevele.*) — Alterius siquidem utputa dicti condam domini Johannis Pangracz<sup>16)</sup> fassionalis attestatorie continentia sequitur et est talis: (*Következik Pongrácz János erdélyi vajda és székely ispán 1463. máj. 25-én kelt, elébb közölt oklevele.*) — Tertie vero et ultime similiter eiusdem domini Johannis Pangracz<sup>17)</sup> wayvode protectionalis verbalis continentia hec est: (*Következik Pongrácz János erdélyi vajda és székely ispán 1476. máj. 27-én kelt, szintén elébb közölt oklevele.*) — Quibus productis et exhibitis memoratus Blasius Thoth procurator dictorum in causam attractorum eosdem<sup>18)</sup> in eo,<sup>19)</sup> quod videlicet antefata condam domina Juliana, avia scilicet prefatorum domine Anne consortis et Johannis filii dicti Nicolai Thoth in causam attractorum de prescripto primipulatu atque hereditatibus siculicalibus nullo unquam tempore extra maritata et dotata fuisset, sed semper et ab antiquo eadem domina Juliana tanquam successor masculinus in eisdem iuribus remansisset atque in pacifico dominio ipsius unius primipulatus exstitisset veridice attestationi populorum et incolarum sub pulsu campane possessionis Nyaradthw commorantium, atque vicinorum et commetaneorum in terris et possessionibus nobilium residentium committendo submiserat; dicto

<sup>14)</sup> Kiszakadva.

<sup>15)</sup> Pangaracz a *Geréb-féle átiratban*.

<sup>16)</sup> Pangaracz a *Geréb-féle átiratban*.

<sup>17)</sup> Pangaracz *u. o.*

<sup>18)</sup> Javítással a Magyi Pál oklevelében.

<sup>19)</sup> eodem a *Geréb-féle átiratban*.

etiam Laurentio Bychak dictas dominas actrices similiter facto in eodem ad ipsam veridicam attestationem eorundem populorum et incolarum atque vicinorum et cometaneorum<sup>20)</sup> nobis legitime requirentibus benivole submittendo commiserat. Ad quam perficiendam nobiles et agiles Albertum Polyak comitem de Gurgen<sup>21)</sup> ac Georgium de Zenthgywrgy,<sup>22)</sup> et discretum Sebastianum presbyterum<sup>23)</sup> capellanum nostrum de sede nostra iudiciaria duxeramus destinandos, qui tandem feria tertia similiter noviter retroacta exinde ad nos reversi, nobisque modo iterato una cum preassertis regni nobilibus atque potioribus sicut hic in dicto oppido Wasarhel constitutis et existentibus uniformiter retulerunt isto modo, quomodo ipsi feria secunda consimiliter proxime transacta ad faciem prescripte possessionis Lewrynczfalwa personaliter accessissent, dietis quoque universis populis et incolis possessionum Lewrynczfalwa<sup>24)</sup> et Nyaaradthw<sup>25)</sup> predictarum, ac Kerezthwrfalwa sub dicto videlicet pulsu campane ipsius possessionis Nyaaradthw<sup>26)</sup> existentium commorantibus, nec non aliarum possessionum nobilitarium Vgra, Bessenyew, Zenthpal et Kerelew vocitatarum inibi legitime convocatis et ad unum locum congregatis, eosdemque ad fidem eorum deo debitam tacto dominice crucis signo coram ipsis prestitam, quemlibet videlicet eorum seorsum et singillatim de premissis diligenter investigandos et requisitos habuissent, ex quibus quadraginta et unum testes ad eandem fidem ipsorum dictas dominas actrices in eorum premissis propositionibus iuvassent, dictorum vero in causam attractorum prenarratas responsiones et allegationes tantummodo duo homines seu testes roborassent atque adfirmantes.

jan.  
18.

jan.  
17.

His itaque taliter se habentibus, partibusque pre-

<sup>20)</sup> Javítással a Magyi-féle oklevélben.

<sup>21)</sup> Gwrgen a *Geréb-féle átiratban*.

<sup>22)</sup> Zenth Gyergh *u. o.*

<sup>23)</sup> Javítással a Magyi Pál oklevelében.

<sup>24)</sup> Lewrynczfalwa a *Geréb-féle átiratban helyesen*.

<sup>25)</sup>—<sup>26)</sup> Nyaaradthw *u. o.*

dictis nullo ampliori documento eorum<sup>27)</sup> allegata comprobantibus, sed eisdem per nos in premissis iudicium iustitiaeque [complementum<sup>28)</sup> elargiri postulantibus, eorundem igitur partium Transsilvanarum nobilium atque potiorum siculorum requisito et assumpto consilio prematuro, < consuetudinaria lege > universitatis trium generum siculorum < ab antiquo ><sup>30)</sup> observare s[olita re]quirente,<sup>31)</sup> dum unus siculus habeat primipulatum seu officia exinde provenientia, ipso tandem defuncto ab eodem in ipso primipulatu remaneant unus filius et una puella filia eiusdem, tunc idem filius [eandem]<sup>32)</sup> puellam sororem suam carnalem de ipso primipulatu extra maritare et dotare tenetur, [in]<sup>33)</sup> dominioque eiusdem idem filius remanebit, ipsa vero puella de cetero in ipso primipulatu seu officio nullam por[tionem habebi]t.<sup>34)</sup> Ite[m]<sup>35)</sup> posito casu, quod ab eodem filio in ipso primipulatu remaneant una [aut]<sup>36)</sup> .....<sup>37)</sup> puelle filie eiusdem, tunc eedem puelle, atque universe alie puelle successores eiusdem vel earundem [interim quous]que<sup>38)</sup> habuerint successorem masculinum, semper eedem puelle seu successores sem[elle ta]nquam<sup>39)</sup> masculini in dominio eiusdem primipulatus permanebunt. Tamen < tandem huiusmodi successore masculi [no nato, ><sup>40)</sup> idem]<sup>41)</sup> modo antelato cunctas sorores suas de ipso primipulatu et officio extra maritandas [et]<sup>42)</sup> dotandas habebit potestatis facultatem. Tum ex eo, tumque pro eo, quod memorati in causam attracti in premissis prenotata in veridica attestazione dictorum

<sup>27)</sup> Kétszer a Magyi Pál oklevelében.

<sup>28)</sup> Kiszakadva.

<sup>29)</sup> consuetudinaria autem lege a *Geréb Péter átíratában*.

<sup>30)</sup> Sorközi betoldás a Magyi-féle oklevélben.

<sup>31)</sup>—<sup>33)</sup> Kiszakadozott helyek.

<sup>34)</sup>—<sup>36)</sup> Kiszakadozva.

<sup>37)</sup> *due valószínűleg, de sajnos, mind a két ítéletből kiszakadt.*

<sup>38)</sup>—<sup>39)</sup> Kiszakadozott helyek.

<sup>40)</sup> tandem nato huiusmodi successore masculino a *Geréb-féle átíratban*.

<sup>41)</sup>—<sup>42)</sup> Kiszakadozva.

suorum testium modo quo supra deficerent, pretacte universe littere dictorum dominorum Sigismundi regis et Johannis Pangaracz<sup>43)</sup> per ipsos in causam attractos coram nobis producte pro sustentatione iurium ipsorum eisdem insufficientes atque invigorse, et per consequens premissa occupatio et detentio iamdicti primipulatus, ablatioque<sup>44)</sup> dictorum proventuum atque sequestratio seu divisio dicti officii per ipsos in causam attractos ordine superius narrato patrate et commisse minus licita et indebita fore, ex eoque iidem in causam attracti pro huiusmodi eorum minus licitis actibus per ipsos modo premissa ausu temerario patratu et commissis, quilibet eorum in singulis tribus factis potentiariis singulas quinquaginta marcas, quamlibet marcam simul cum uno floreno computando facientes contra antefatas dominas actrices convinci et ag(g)ravari debere nobis et eisdem partium Transsilvanarum nobilibus atque potioribus siculis nobiscum in iudicio et examine presentis cause existentibus perspicue cernebatur. Cumque nos eosdem Nicolaum Thoth ac dominam Annam consortem et Johannem filium eiusdem Nicolai in causam attractos contra ipsas dominas actrices in eisdem singulis tribus factis potentiariis convictos et aggravatos fore concernere et declarare voluissemus, mox antefatus Blasius Thoth legitimus procurator dictorum in causam attractorum in personis eorum super huiusmodi nostro iudicio non contentus causam eam simul cum tota serie ipsius nostre adiudicationis in ipsius vestre serenitatis appellavit presentiam per eandem revidendam et deliberandam.

Unde nos ipsi vestre serenitati in omnibus semper fideliter obedire volentes ut tenemur, causam partium prescriptarum simul cum premissa serie dicte nostre adiudicationis ad tricesimum secundum diem diei datarum presentium in eiusdem vestre serenitatis presentiam duximus transmittendam per eandem revidendam, deliberandamque et finaliter terminandam, quarum seriem

febr.  
24.

<sup>43)</sup> Pangaracz a Geréb Péter oklevelében.

<sup>44)</sup> ablatio quoque u. o.

partes prenotate ad terminum per ipsam vestram serenitatem ipsis partibus prefigendum nobis reportare teneantur. Datum in civitate Meggyes,<sup>45)</sup> feria secunda proxima post festum beati Vincentii martyris, anno Domini Millesimo quingentesimo secundo.

1502.  
jan.  
24.

*Az oklevél hátán:* Domino regi pro nobili domina Margaretha consorte nobilis et agilis Laurentii Bychak de Sard contra nobilem et agilem Nicolaum Thoth de Zenthanna et alios intrascriptos ad terminum intrascriptum transmissionales. Par.

## 114.

1502. márc. 2. Buda.

*Vingárti Geréb Péter nádor Magyi Pál erdélyi alvajdának egyfelől a Bicsak Lőrincné és Czompó Barnabásné, másfelől Tóth Miklós, a felesége és fia közt folyó perben mondott ítéletét a per tárgyát képező lőrinczfalvi löfőségre vonatkozó s a székeleyek szokásjogán alapuló részében jóváhagyja; az alperesekre rótt birságra vonatkozó részében azonban a Tóth Miklós állításának megfelelőleg leendő kiegészítés végett a vajdai törvényszéknek visszaküldi.*

*Eredetije* szakadozott papíron, papírral fedett zárópecséttel a gróf Teleki-cs. mvásárhelyi lt., *Tancsi Földvály-iratok* LXXVIII. 3/b.

*Az oklevél hátán egykorú kézzel:* Super deliberatione cause intrascripte pro nobilibus dominabus [Margaretha Laurentii] Bychak de Sard et [Potentiana Barnabe Czompo] de Pethlend consortibus [contra nobilem et agilem] Nicolaum Thot de Z[enthanna] remissio.

*Ugyanott:* Daczó László 1627. 6. 10-bris.

[Nos Petrus Gereb de Wyng]arth<sup>1)</sup> re[gni Hungarie palatinus et iudex comanorum. D]amus<sup>2)</sup> pro memoria, quod nobis feria sexta proxima post festum beati Mathie apostoli proxime preteritum in sede nostra iudiciaria unacum nonnullis regni nobilibus, magistris prothonota-

febr.  
25.

<sup>45)</sup> Megyes a Geréb-féle átiratban.

riis iuratisque assessoribus [hic Bude constit]utis<sup>3)</sup> et ex[istentibus Barnabas Czom]po<sup>4)</sup> de Pethlend pro nobilibus dominabus Margaretha Laurentii Bychak de Saard cum spectabilis et magnifici comitis Petri comitis de Sancto Georgio et de Bozyn iudicis curie regie, wayvodeque [Transsilvani et c]omitis<sup>5)</sup> sicularum litter[is procuratoriis ac Potentiana consorte sua cum]<sup>6)</sup> conventus ecclesie de Colosmonstra litteris procuratoriis ut actricibus ab una, nec non nobilis et agilis [N]icolaus<sup>7)</sup> Thot de Zenthanna pro se personaliter, ac nobili domina Anna consorte et Johanne filio suis cum [procuratoriis litteris dic]ti<sup>8)</sup> conventus ecclesie [de Colosmonstra ut in causam]<sup>9)</sup> attractis ab alia partibus, iuxta continentiam litterarum egregii Pauli de Magh viceiudicis curie regie nec non vicewayvode Transsilvani etc. adiudicatoriarum transmissionalium, ex transmissione serenissimi principis domini [Wladislai dei]<sup>10)</sup> gratia dicti (regni)<sup>11)</sup> Hungarie, Bohe[mie etc. regis, domini nostri naturalis gratiosissimi]<sup>12)</sup> nostri in presentiam facta in figura nostri iudicii comparando, easdem litteras dicti Pauli de Magh adiudicatorias transmissionales in papiro clause emanatas utrinque nobis presentarunt hunc tenorem continentes: (*Következik Magyi Pál alországbíró és erdélyi alvajda 1502. jan. 24-én kelt s elébb közölt oklevele.*) — Quibusquidem litteris adiudicatoriis transmissionalibus exhibitis et presentatis, tenoribusque et continentis earundem perlectis et sane intellectis, adhuc prelibatus Nicolaus Thot in sua ac prefatorum domine Anne consortis et Johannis filii suorum: nominibus et personis in contrarium obiec[it in h]unc<sup>13)</sup> modum, quomodo licet prefatus Paulus de Magh vicewayvoda Transsilvanus ipsos in causam attractos causa in premissa suo in iudicio in prescriptis tribus factis potentie, utputa quemlibet eorum in singulis quinquaginta marcis, singulam videlicet marcam uno floreno com-

<sup>1)</sup>—<sup>8)</sup> Kiszakadozott szövegek.

<sup>9)</sup>—<sup>10)</sup> Kiszakadt szavak.

<sup>11)</sup> Tollban maradt.

pu[tando cont]ra<sup>14)</sup> antelatas dominas actrices convictos et aggravatos fore decreverit et oneraverit, tamen quia prout antiqua atque consuetudinaria omnium trium generum sicularum lex ab olim observari solita dictaret, ut dum vicewayvoda Transsilvanus in sede sua [iudiciar]ia<sup>15)</sup> causas regnicolarum discuteret et in ipsius presentia quicumque regnicolarum ordine iudiciario oneribus iudiciorum aggravaretur, extunc talis convictus non integrali onere iudiciali utputa quinquaginta marcis, sed dimidia parte eiusdem videlicet vigintiqu[inque ma]rcis<sup>16)</sup> convinci solet et deberet aggravari. Et hoc idem Nicolaus Thot in sua ac dicte domine Anne consortis et Johannis filii suorum nominibus et personis veridice attestationi partium illarum sicularum comprobare velle asserebat. Quibus auditis et perceptis tam .....<sup>17)</sup> Barnabas Czompo procurator dictarum dominarum actricum in personis earundem eisdem, quam et prelibatus Nicolaus Thot sibi et dictis aliis in causam attractis per nos in premissis iuris equitatem, iustitieque complementum elargiri postularunt. Quia ex continentiis preins[ertar]um<sup>18)</sup> litterarum adiudicatoriarum transmissionalium prescriptam iudiciariam commissionem prefati Pauli de Magh vicewayvode vero et iusto modo ac iuxta regni consuetudinem partium illarum Transsilvanarum sicularum, quoad omnes eiusdem clausulas, contine[ntias et articulos,<sup>19)</sup> excepto dicto onere iudiciali modo premissis in dictis litteris eiusdem expressato, factam et celebratam exstitisse comperimus, seriose committentes autem prefatis Nicolao Thot ac aliis predictis in causam attractis, ut dum iidem maluerint seriem atque modum exactionis huiusmodi iudiciorum, prout superius in litteris dicti vicewayvode clare denotatur, attestatione atque consuetudinaria lege sicularum requirente comprobare debeant, nichilominusque causam premissam pro finali deliberatione ac eiusdem executione

<sup>16)</sup> Kiszakadt szövegek.

<sup>17)</sup> Két-három szó 22 mm. kiszakadva.

<sup>18)</sup>—<sup>19)</sup> Kiszakadt szavak.



in eiusdem wayvode Transsilvani presentia(m) duximus remittendam. Datum Bude, sexto die termini prenotati, anno Domini Millesimo quingentesimo secundo supra-dicto.

1502.  
márc.  
2.

## 115.

1503. febr. 21.

*A kolosmonostori convent előtt özvegy ilyei Dienesy Jánosné Dorottyá asszony a harinnai Farkas Tamás javából neki járó leányegyedre nézve kielégítettvén, azt harinnai Farkas Jánosnak és Bikali János, Hunyad megyei főispánnak visszaadja.*

*Eredeti fogalmazványa Orsz. lt. MODL. 36405. (Kolosm. Prof. minus Michael fol. 112.)*

Conventus monasterii beate Marie virginis de Kolosmonostra. Omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris presentes inspecturis salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam presentium serie volumus pervenire, quod cum nos ad instantem et legitimam petitionem generose ac nobilis domine Dorothee, relicte condam Johannis Dyenesy de Yllye, monialis in Zekelwasarhel ante claustrum beate Marie virginis fratrum minorum extra cimiterium in habitu beati Francisci confessoris degentis, que propter eximiam senectutis gravitatem in nostram nequivisset venire presentiam, duos ex nobis videlicet religiosos viros fratres Blasium et Barnabam sacerdotes socios nostros conventuales ad ea, que eadem coram ipsis fateretur, videnda et audienda ac tandem nobis referenda nostris pro testimoniis duximus transmittendos fidedignos, qui tandem exinde ad nos reversi nobis conscientiose retulerunt isto modo, quomodo sabbato proximo post festum beati Valentini martyris noviter preteritum annotata domina Dorothea in dicta Zekelwasarhel in domo, in qua videlicet ipsa in dei servitio devotioni insistit, coram ipsis personaliter constituta sponte et libere confessa exstitisset in hunc modum, quo-

febr.  
8.

modo sibi egregii Johannes Farkas de Harynna et alter Johannes de Bykol comes Hwnyadiensis de et super ius quartalitium eiusdem, quod videlicet eidem de universis totalibus possessionibus et portionibus possessionariis ubique et in quibusvis comitatibus existentibus habitis ac etiam aliis rebus et bonis egregii condam Thome Farkas de Harynna provenire debens, plenam atque omnimodam impendissent solutionem et satisfactionem. Ob hoc eadem domina Dorothea de et super huiusmodi solutione et satisfactione annotatos Johannem Farkas et alterum Johannem Bykly quitos, expeditos ac modis omnibus absolutos reddidisset et commisisset, prescriptum quoque ius quartalitium suum manibus eorundem assignasset, remisissetque et resignasset, manusque suas de eodem quartalitio penitus excepisset, immo ad plenum contenta quitos, expeditos et modis omnibus absolutos reddidit et commisit, dictum etiam quartalitium prefatis Johanni Farkas et altero Johanni Bykly remisit et resignavit pleno iure. In cuius rei memoriam firmitatemque etc. ut supra. Datum quarto die diei prenotati, anno Domini 1503.

1503.  
febr.  
21.

## 116.

1504. aug. 31. Buda.

*Polner János bártfai polgár missilis levele, melyben a királyi párnak a görgényi vár átadása iránt az erdélyi vajdához intézett s ezzel kapcsolatban a vajdára gyanakodó székelyekhez küldött rendeleteiről; Lázár András és a székelyek egyenetlenségéről; a hadaival Erdélybe érkezett Török Imrének a vajdával, ennek s Lázár Andrásnak az erdélyi vajdaság és székely ispánság betöltése kérdésében ellene irányuló egyetértéséről; a Tomori Pálnak Bornemissza János küldötte utasításról; Sörény tartozékainak más birtokokkal való elcseréléséről s végül a Korvin János haldoklásáról értesíti tótselymesi Táruczay János székely ispánt.*

*Eredetije egész ív papíron, záró veres gyűrűpecsét nyomaival, Bártfa város lt., nr. 3808.*

Commendatione sui premissa.

Magnifice domine et fautor singularissime.

Heri sunt nobis allate littere vestre magnificentie, ex quibus percepi machinationes contra vestram magnificentiam, sed spero, quod non prevalebunt illarum auctores. Sciatis itaque, quod statim ea reginali maiestati significavi et regie maiestati, et utraque maiestas non parum egretulit, scribitque regia maiestas ad dominum wayvodam, ut posthabitis excusationibus castrum Gorgyn manibus vestris consignet, quod nisi fecerit, timeo ne dominus wayvoda peniteat. Scribit etiam tam regia, quam reginalis maiestas ad universos siculos, prout optastis, eosdem confortando et remonendo suspicionem, que [ipsis]<sup>1)</sup> est suggesta. Jam vestra dominatio faciat litteras cito presentari et agat pro suo ingenio ea que debet, ut possit et siculis et utrique maiestati placere. Quicquid autem evenerit, rogo, ne parcatis equis et expensis. Quantocius regine scribite, sua maiestas providebit. Est cura plurimum dominationi vestre affecta.

Preterea sciat, quod hic sunt nuntii siculorum damnificatorum et regina miratur, quare non venerint ex alia parte scilicet Andree Lazar, cum tamen significaverant se venturos. Eapropter vestra dominatio omnibus viribus illos persuadeat, quod citissime suos nuntios mittant, ut reginalis maiestas inter eos perficere valeat, que proposuit. Ita enim et dominatio vestra cum maiori quiete remanebit. Loquamini etiam domino Nicolao de Bethlen et Joanni Barlabassy, ut simul cum illis iuxta desiderium regine veniant huc, ut intersint compositioni propter eorum etiam honorem et omnium nobilium.

Sciatis insuper quod hic varii rumores sparguntur et usque ad aures utriusque maiestatis pervenerunt, qualiter Emericus Torek intraverit Transsilvaniam cum copiis gentium et intelligant se mutuo dominus wayvoda cum illo, proposuerintque, nescio, quid incipere. Quapropter sitis circumspectus, potestis enim invocare civitates saxo-

<sup>1)</sup> Kizsakadt

num, qui vobis auxiliabuntur, si quid videbitis agi contra voluntatem regie maiestatis.

Intelleximus etiam, qualiter dominus wayvoda voluerit concordare cum domino Andrea Lazar et parte sua promittens aureos montes eisdem et hoc fieri dumtaxat, ut dominationem vestram non admitterent, subordinareque dominum wayvodam, ut ex parte nobilium et omnium Transsilvanarum partium oratores ad regiam maiestatem (venirent),<sup>2)</sup> qui petant suam maiestatem, ne velit disiungere illas partes ponendo ibidem duos officiales, alium siculis, alium ipsis nobilibus. Ego avisavi reginalem maiestatem. Et sua maiestas iam ita conclusit cum regia maiestate, quod si venerint huiusmodi nuntii et optaverint, ut non ponat duos officiales, sed unum permittat scilicet dominum wayvodam, extunc rex dabit eis responsum, quod vult eos in hoc exaudire, ut unum officialem ponat. Quia tamen sepe sepius conquesti<sup>3)</sup> sunt de wayvoda, et quia etiam dominus wayvoda habeat aliud officium, videlicet iudicatum curie, ideo sua maiestas revocaret dominum wayvodam a wayvodatu et vellet, quod sola dominatio vestra remaneret wayvoda et comes siculorum. Propterea dominatio vestra non curet si mittent nuntios, utinam mitterent, esset fortuna vestra, sed tamen vos non detis vos considerare, quia non curatis. Mittite solummodo simul vestrum nuntium et sileatis. Significastis etiam, qualiter ipse posuerit victualia in castrum Gergyn, de quo satis admiramur, et reddit se suspectum. Aut enim operat de morte regis, qui iam deo duce convaluit, et speramus quia iam diu vivet, aut aliud intendit; vestra dominatio sit attenta et resciat veritatem, quid intendat et a quo inducatur hinc ex ista curia.

Sciat insuper dominatio vestra, quod thesaurarius dominus Bornemyssa dixit, qualiter scripserit ad Paulum Thomori, ut in omnibus adsit circa dominationem vestram. Si est ita, rogo, rescribatis regine. Postremo

<sup>2)</sup> Tollban maradt.

<sup>3)</sup> congesti *az eredetiben*.

vestra dominatio faciat diligentiam, quod sepe scribat ad reginam novitates et de Moldavia et aliunde, quia regina delectatur.

Sciatis quoque, quod iam iverunt ad dominam uxorem vestram pro occupandis illis pertinentiis ad Swreny, misi quoque simul litteras regis et regine, ubi promittunt vobis dare similia bona, sicut sunt illa, que ad suam maiestatem fuerint devoluta. Dominus Waradiensis sigillavit libenter litteras regias pro assecuratione vestra. Reginalis maiestas valde grato animo suscepit a dominatione vestra, quod vos non feceritis difficultatem et dominus palatinus fecit, credatis, quod nichil amisistis, modo utraque maiestas vivat. Misi similiter litteras obligatorias, que sonant ad III<sup>M</sup> florenorum, intimavi tamen domine, ut remittat quietantiam super mille florenis, de quibus dominationem vestram contentum reddidit, spero quoque, quod domina ita sit per dominationem vestram informata, ut satisfaciat voluntati regine. Ubi vero non faceret, dolerem. Quare non esset malum, quod dominatio vestra nocte dieque mitteret ad illam committendo eidem, quod illas pertinentias habitis litteris pretactis homini regine consignet. Mittat etiam dominatio vestra quietantiam de illis mille florenis, de quibus scitis, quia dedi litteras super totam summam, quas posset dominatio vestra ostendere, ne quis dicetur, quod dominatio vestra regine gratis dedisset illas possessiones.

De mea erga dominationem vestram observantia nuncquam dubitetis, sed nec de animo regine, que certe est dominationi vestre gratiosissima domina et non dubitet, quod refundat vobis pertinentias Swreny, si vivet. Illos autem mille quingentos florenos Testantes similiter persolvat procul dubio. Ceterum commendo me, meosque dominationi vestre, quam valere cupio.

Ex Buda, ultima die mensis Augusti 1504.

Deditissimus eiusdem  
Joannes Polner etc.

1504.  
aug.  
31.

Sciatis, quod medicus ducis Corvini intimavit regine, quod iam desperatum sit de vita sua. Hoc secreto.

Lecta lacerentur.

*Külcím:* Magnifico domino Joanni Tharczay de Thotschelmes comiti siculorum, domino nobis observando.

Ad manus proprias.

## 117.

1504. okt. 20. Gyergyó.

*Lázár András levele Tárczai János székely ispánhoz a háromszéki székelység s a havasalföldi vajda közti egyenetlenség dolgában.*

*Eredetije* papíron, papírral fedett gemmás záró pecséttel, *Bártfa* város lt., nr. 3816.

Veress, *Fontes rerum Transylvanicarum* Tom. IV. Vol. I. 71., töredékesen.

Servitium fidelissimum cum promptitudine famulatus.

Magnifice domine.

Hoc scire vestre magnificentie damus, quin de negotiis omnibus, quibus michi nuncciatistis, cum fratribus et amicis nostris de eisdem confabulati sumus, precipue in Tribus sedibus prope metas Transalpinenses commorantibus et de futura congregatione hec determinavimus, ex quo ipsi Trium sedium siculi ad eandem intrare noluerunt talem causam obicientes: wayvoda enim Transalpinensis hominem suum specialem cum legatione tali ad eos miserat, ut amodo tam turcis liberum iter intrandi ad dictas Tres sedes preberet, quam etiam vaclachis (*így!*) et finaliter nullis inimicis eorum obstare velit. Et propter hanc rationem ea facere dixit: quia cum wayvoda Bogdano Moldaviensi essent contra eum concordati et uniti. Propter quod wayvoda Transalpinus vindicare promisit, et eedem Tres sedes e medio ipsorum aliquos inmittere decreverunt, ut sciscitarentur de tam gravi voluntate wayvode, ut si esset, una cum vestra dominatione et regno seipsos contra eundem deffendere ap(p)romptuarent.

Propter que videlicet, ut eorum inmissus nuncius rediret, congregatio futura proxime prorogaretur ad feriam secundam proximam post festum Simonis et Jude apostolorum, in qua confabulando et determinando cum vestra dominatione sic concludamus, unde nosmet ipsos deffendere queamus.

nov.  
4.

Item ne existimet et cogitet, prescripta esse tanquam ficta et rationabiles excusationes, quia sunt verissima. Preterea etiam mea infirmitas vestre bene iam nota est dominationi, unde etsi ipsa precipua causa prorogationis diem non prorogaret, adhuc in ea esse non valerem, quin sanitatem in tantum non recuperaverim. Tamen confido in deum altissimum, non longe post sanitati pristinae recuperabo vive et in illa congregatione dei adiutorio interfiamus.

Que omnia ad sedem Wduarhely isto prescripto modo, ut vestre dominationi nuncciant, intimaveramus. Si vero aliter vestre dominationi nuncciant, preter hec non fit plena congregatio, sed ut scripsi, sic fient.

Item sicuti dominatio vestra me rogatum habuerat, ut ad wayvodam Moldaviensem hominem meum inmitterem, miseram et revenit, et hanc relationem wayvoda Moldavus de negotiis illis fecit: Si cuipiam amicorum meorum ego placuero, me inveniet.

Ceterum in prescripta congregatione vestra dominatio interesse velit, quia absente < vestre dominationi ><sup>1)</sup> nil determinare poterimus.

Valere vestram dominationem quam felicissime optamus.

Datum in Gyergyo, dominica post Luce euangeliste, anno Domini Millesimo quingentesimo quarto.

1504.  
okt.  
20.

Andreas Lazar

vestre gratiose famulus dominationis.

*Külcím:* Magnifico domino Johanni Tarczay comiti siculorum, domino nostro gratioso.

<sup>1)</sup> vestra dominatione *helyesen*.

118.

1504. dec. 28. Bahlovia.

*Bogdán moldovai vajda missilis levele, melyben arra kéri Tárczay János székely ispánt, hogy a Gyalakuthi Mihály birtokain meggyilkolt és kirabolt Váncsa rokonainak az elrabolt holmit a gyilkosokkal adassa vissza.*

*Eredetije papíron, alján Moldva cirill betűs köriratú pecsétjével, Bártfa város lt., nr. 3826.*

*A pecsét: Csücskös talpú pajzsban bölényfej, szarvai között hét-ágú csillag.*

*Veress, Fontes rerum Transylvanicarum Tom. IV. Vol. I. 73.*

Bogdanus condam Stephani wayvode dei gratia heres, dominus ac wayvoda terre Moldaviensis.

Magnifice amice nobis dilecte.

Conqueruntur nobis hi miseri homines nostri in eo, quia frater ipsorum Vanca nomine quosdam boves ad partes Transsilvanenses ratione venditionis abegerat, quiquidem Vanca in reditu dum foret terris et oris Michaelis de Gyalakuth, quidam homines contra eum insurgentes predictum Vanka interemerunt ac ab eo septuaginta florenos hungaricales, duos equos, item omnia armamenta, que predicti fratres sui presentium exhibitores vestre magnificentie clarius declarabunt, abstulerunt. Itaque rogamus atque hortamur vestram magnificentiam confidentia speciali, dignetur vestra magnificentia ex parte malefactorum et homicidarum iustitiam sic am(m)inistrare, ut predictae res his miseris nostris fratribus predicti interempti reddantur, nec anichilentur.

Valere vestram magnificentiam longeve desideramus.

1504. Datum Bahlovie, in die Innocentum, anno Domini  
dec. Millesimo quingentesimo quarto.  
28.

*Külcím: Magnifico Johanni Tharczay comiti siculo-  
rum amico nobis sincere dilecto.*